nable, préférable »; s'emploie seulement comme attribut, au nomin. et à l'acc., avec *esse* et des verbes tels que *putare*, *existimare*, *ducere*, *censere*, signifiant « penser, juger ».

2. **In eo esset** : v. p. 14, n. 7. En français : il était sur le point d'être arrêté.

3. **Paucis ante gradibus** : m. à m. « quelques pas avant », c'est-à-dire avec une avance de quelques pas sur...; abl. de mesure avec les comparatifs et les mots (comme *ante*) impliquant une idée de comparaison.

4. **Ante... quam qui** : il faut suppléer, entre *quam* et *qui*, un verbe tel que *pervenirent*, (« avant que n'arrivassent »), dont l'idée est à tirer de *confugit*.

celerius sub divo ⁵ interiret. **3** Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse ⁶, eamque jam magno natu ⁷, postquam de scelere filii comperit, in primis ad filium claudendum lapidem ad introitum ædis attulisse. **4** Sic Pausanias magnam belli gloriam turpi morte maculavit. Hic cum semianimis ⁸ de templo elatus esset, confestim animam efflavit. **5** Cujus mortui corpus cum eodem ⁹ nonnulli dicerent inferri oportere, quo ii qui ad supplicium essent dati, displicuit ¹⁰ pluribus, et procul ¹¹ ab eo loco infoderunt, quo erat mortuus. Inde posterius dei Delphici responso erutus ¹² atque eodem loco sepultus est, ubi vitam posuerat.

V. CIMON

I. Cimon paye l'amende infligée à son père, grâce au mariage de sa sœur avec Callias.

1 Cimon, Miltiadis filius, Atheniensis, duro admodum initio usus est adulescentiæ ¹. Nam cum pater

5. **Sub divo** : comme *sub Jove*, sous Jupiter, c.-à-d. en plein air, ce dieu personnifiant primitivement l'air et les phénomènes atmosphériques.

6. **Vixisse** : vivait (oncoro).

7. **Magno natu** : rare pour *natu grandem*; *natu*, abl., seul cas usité du subst. *natus*, 4^e déclinaison.

8. **Semianimis... elatus esset**. On voulait éviter que son cadavre ne souillât le temple.

9. **Eodem... quo** : adv. de lieu; *quo ii*, s. ent. *inferrentur*. Cet endroit s'appelait *Kaiadas*, v. Index.

10. **Displicuit** : suj et s. ent. *id.*

11. **Procul** : cf. p. 14, n. 8.

12. **Erutus, sepultus** : s. ent. *est.*

1. **Adulescentiæ**. Les différents âges étaient : *puer* (approximativement jusqu'à

ejus litem ² æstimatam populo solvere non potuisset, ob eamque causam in vinclis publicis decessisset, Cimon eadem custodia ³ tenebatur, neque legibus Atheniensium emitti poterat, nisi pecuniam, qua pater multatus erat, solvisset. **2** Habebat autem in matrimonio sororem* germanam ⁴ suam, nomine Elpinicen, non magis amore quam more ductus; namque Atheniensibus licet eodem patre natas uxores ducere. **3** Hujus ⁵ conjugii cupidus Callias quidam, non tam generosus quam pecuniosus ⁶, qui magnas pecunias ex metallis ⁷ fecerat, egit ⁸ cum Cimone, ut eam sibi uxorem daret: « id si impetrasset, se ⁹ pro illo pecuniam soluturum ». **4** Is cum talem condicionem aspernaretur, Elpinice negavit ¹⁰ se passuram Miltiadis progeniem in vinclis publicis interire, quoniam prohibere posset, seque ¹¹ Calliæ nupturam, si ea quæ polliceretur præstitisset.

17 ans); *adulescens* (de 17 à 30 ans); *juvenis* (de 30 à 45); *vir* (de 45 à 60), et enfin *senex*.

2. Litem : ici, l'amende de 50 talents, v. Milt. VII, 6.

3. Eadem custodia. Historiquement douteux : la loi athénienne se bornait à priver de leurs droits civiques, jusqu'au règlement de la dette, les fils d'un débiteur de l'État mort insolvable.

4. Soror germana : ici, sœur de père et non de mère.

5. Hujus conjugii : de cette union, c'est-à-dire de l'union avec celle-ci, comme ailleurs

hic terror est mis pour hujus rei terror.

6. Generosus... pecuniosus : moins de naissance que de fortune.

7. Metallis. V. Index, *Laurium*.

8. Egit cum : engagea des pourparlers avec.

9. Se... soluturum : prop. infinit. dépendant de l'idée de « promettre » suggérée par *egit*.

10. Negavit. : v p. 25, n. 8.

11. Seque.. nupturam, s. ent. *esse*, se rattache à *dixit*, dont l'idée est contenue dans *negavit*. Pour *nubere*, « épouser » en parlant d'une femme, v. p. 42, n. 10.

II. Ses succès contre les Perses.

1 Tali modo custodia liberatus Cimon celeriter ad principatum¹ pervenit. Habebat enim satis eloquentiæ, summam liberalitatem, magnam prudentiam² cum juris civilis, tum rei militaris, quod cum patre a puero in exercitiis fuerat versatus. Itaque hic et populum urbanum³ in sua tenuit potestate, et apud exercitum plurimum valuit auctoritate. 2 Primum imperator apud flumen Strymona* magnas copias Thracum fugavit, oppidum Amphipolim* constituit, eoque decem milia Atheniensium in coloniam misit. Idem iterum apud Mycalen* Cypriorum* et Phœnicum* ducentarum navium classem devictam cepit, 3 eodemque die pari fortuna in terra usus est. Namque, hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit, barbarorumque maximam vim⁴ uno concursu prostravit. 4 Qua victoria magna præda potitus cum domum⁵ reverteretur, quod⁶ jam nonnullæ insulæ propter acerbitatem imperii⁷ defecerant, bene animatas confirmavit, alienatas ad officium redire coegit. 5 Scyrum*, quam eo tempore Dolopes* incolebant, quod contumacius⁸ se ges-

1. **Principatum** : v. page 35, n. 2.

2. **Prudentiam** : connaissance.

3. **Populum urbanum** : le peuple asssemblé dans l'agora, par opp. à l'armée.

4. **Vim** : quantité. Nous disons de même : « force moutons ».

5. **Domum** : chez lui, à Athènes.

6. **Quod... defecerant** : prop. causale subordonnée à la principale qui suit.

7. **Acerbitatem imperii**.

Athènes, après avoir traité les autres Grecs en alliés, ne voyait plus en eux que des tributaires, et leur faisait sentir durement son hégémonie.

8. **Contumacius**. L'adj. *contumax* se dit de qqun qui se révolte contre l'autorité. Les Dolopes se refusaient à payer l'amende qui leur avait été infligée par les Athéniens pour actes de piraterie.

serant, vacuefecit, sessores⁹ veteres urbe insulaque ejecit, agros civibus divisit. Thasios* opulentia fretos suo adventu¹⁰ fregit. His ex manubiis¹¹ arx Athenarum, qua ad meridiem vergit, est ornata.

III. Il est banni par l'ostracisme; rappelé au bout de cinq ans, il rétablit la paix entre Athènes et Sparte; sa mort à Célium.

1 Quibus rebus cum unus¹ in civitate maxime floreret, incidit in eandem invidiam quam² pater suus³ ceterique Atheniensium principes : nam testarum* suffragiis, quod illi *οστρακισμὸν* vocant, decem annorum exsilio multatus est. 2 Cujus facti celerius Athenienses quam ipsum pœnituit⁴. Nam cum ille animo forti invidiæ ingratorum civium cessisset, bellumque Lacedæmonii Atheniensibus indixissent, confestim notæ ejus virtutis desiderium consecutum est. 3 Itaque post annum quintum quam⁵ expulsus erat, in patriam revocatus est. Ille, quod hospitio⁶ Lacedæmoniorum utebatur, satius⁷ existimans contendere

9. **Sessores** : les habitants; seul exemple du mot où ce sens.

10. **Adventu** : sa seule présence brisa leur résistance.

11. **Manubiis** : argent provenant de la vente du butin.

1. **Unus... maxime** : v. p. 4, n. 3.

2. **Quam**, pour *in quam* : la préposition n'est pas répétée devant le relatif. Sur *idem qui*; v. p. 14, n. 12.

3. **Pater suus**. On attendrait *ejus*; cf. p. 30; n. 2.

4. **Paenituit** : ils regretterent.

5. **Post... quam** : v. p. 36, n. 18.

6. **Hospitio... utebatur** : il était l'hôte public, le « proxène » des Lacédémoniens à Athènes. C'est le nom qu'on donnait dans une ville grecque au citoyen à qui un Etat étranger confiait le soin de représenter ses nationaux, de s'occuper de leurs intérêts et, à l'occasion, de les recevoir. La chose elle-même s'appelait « proxénie », mot que Népos traduit ici par *hospitium*.

7. **Satius** : v. p. 47, n. 1.

Lacedæmonem, sua sponte ⁸ est profectus, pacemque inter duas potentissimas civitates conciliavit. **4** Post, neque ita multo, Cyprum cum ducentis navibus imperator missus, cum ejus majorem partem insulæ devicisset, in morbum implicitus, in oppido Citio* est mortuus.

IV. Libéralité de Cimon.

1 Hunc Athenienses non solum in bello, sed etiam in pace diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, cum compluribus locis prædia hortosque haberet, ut nunquam in eis custodem imposuerit fructus servandi gratia ¹, ne quis impediretur quo minus ejus rebus, quibus quisque vellet ², frueretur. **2** Semper eum pedisequi cum nummis sunt secuti, ut, si quis opis ejus indigeret, haberet quod statim daret ³, ne differendo videretur negare. Sæpe, cum aliquem offensum fortuna ⁴ videret minus bene ⁵ vestitum, suum amiculum dedit. **3** Cotidie sic cena ei coquebatur, ut, quos invocatos ⁶ vidisset in foro, omnes ⁷ devocaret; quod facere nullo die prætermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris ⁸ defuit; multos locupletavit; complures pauperes

8. **Sua sponte** : sans mission officielle.

1. **Gratia** : « en vue de, pour » ; préposition qui, comme *causa*, gouverne le génitif et se place après son régime.

2. **Vellet** : s. ent. *frui*.

3. **Quod... daret** : (une chose) qu'il pût donner, de quoi donner.

4. **Offensum fortuna** : rencontré par hasard.

5. **Minus bene** : moins bien (qu'il n'eût été désirable), mal, pauvrement. *Minus* équivaut ainsi souvent à une négation; cf. Thém. I, n. 4.

6. **Invocatos** = *non vocatos* (*in* privatif).

7. **Omnes** : vraisemblablement ceux de son dème seul.

8. **Fides, opera, res familiaris** : sa protection, son secours, sa bourse,

mortuos, qui unde efferrentur⁹ non reliquissent, suo sumptu extulit. 4 Sic se gerendo, minime est mirandum si et vita ejus fuit secura¹⁰ et mors acerba.

VI. LYSANDER

I. Lysandre termine la guerre du Péloponèse par la victoire d'Ægos-Potamos; il établit des décemvirs dans toutes les cités.

1 Lysander, Lacedæmonius, magnam reliquit sui famam, magis felicitate quam virtute¹ partam. Athenienses enim in Peloponnesios sexto et vice-simo anno bellum gerentes confecisse² apparet: id qua ratione consecutus sit, latet³. 2 Non enim virtute sui⁴ exercitus, sed immodestia factum est⁵ adversariorum, qui, quod dicto⁶ audientes

9. Unde efferrentur : v. p. 38, n. 7.

10. Secura. Népos oublie l'exil.

1. Felicitate.. virtute : opposition de la chance et du mérite.

2. Confecisse : sujet s. ont. eum.

3. Latet : en opp. à apparet. Népos explique pourquoi Lysandre a laissé une grande réputation, mais un peu usurpée. C'est que sa victoire sur les Athéniens est un fait connu, patent (apparet), et qu'on ignore, au contraire, généralement (latet) comment il l'a obtenue : il l'a due, non

à la valeur de son armée, mais à l'indiscipline de ses adversaires. La suite des idées est claire, et logique; c'est sans raison qu'on insère qqf. devant *id* une négation *neque* qui n'est pas dans les mss.

4. Sui : sa propre armée, par opp. à *adversariorum*. *Suus* signifiant « son propre » s'emploie librement et peut renvoyer à un mot quelconque, non seulement de la proposition, mais même d'une prop. voisine.

5. Factum est : s. ont. *id*, « cela, cette victoire ».

6. Dicto audientes. Le participe-adjectif *audiens* se con-

imperatoribus suis non erant, dispalati ⁷ in agris, relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto Athenienses se Lacedæmoniis dediderunt. **3** Hac victoria Lysander elatus, cum antea semper factiosus audaxque fuisset, sic sibi indulisit ⁸, ut ejus opera in maximum odium Græciæ Lacedæmonii pervenerint. **4** Nam cum ⁹ hanc causam Lacedæmonii dictitassent sibi esse belli, ut Atheniensium impotentem ¹⁰ dominationem refringerent, postquam ¹¹ apud Ægos* flumen Lysander classis ¹² hostium est potitus, nihil aliud molitus est ¹³ quam ut omnes civitates in sua teneret potestate, cum id se Lacedæmoniorum causa facere simularet. **5** Namque undique qui Atheniensium rebus studuissent ¹⁴ ejectis ¹⁵, decem delegerat in unaquaque civitate, quibus summum imperium potestatemque ¹⁶ omnium rerum committeret. Horum in numerum nemo admittebatur, nisi qui

struit avec le datif de *dictum*, « parole, ordre », et un autre datif (ici *imperatoribus*). *Dicto audiens* = obéissant.

7. **Dispalati** : du verbe *dispalari*, arch., usité seulement au partic. passé.

8. **Sibi indulisit**. *Sibi indulgere* = se laisser aller à ses caprices, tout se permettre.

9. **Cum** : alors quo, quoique.

10. **Impotentem** : despotique; littéral⁹ « qui n'est pas maître de soi ».

11. **Postquam.. est potitus** : prop. temporelle subordonnée à la principale qui suit.

12. **Classis.. potitus**. Népos construit *potiri* soit avec l'abl., qui est le tour classique; soit avec le génitif, comme ici et Dion V, 5, Agés, II, 1, etc.,

tour rare dans la bonne prose en dehors de l'expr. consacrée *potiri rerum*; peut-être aussi avec l'acc., Eum. III, 4 (texte douteux), constr. archaïque, cf. p. 126, n. 4.

13. **Nihil aliud molitus est quam ut** : il ne travailla plus qu'à..; la prop. avec *ut* (à savoir que) développe le pronom *id* ou *hoc* à suppléer après *quam*, cf. Atticus, XI, 1.

14. **Studuissent** : au subj., pensée de Lysandre. *Studere rebus*, être du parti de.

15. **Ejectis** : s. ent. *iis*, antécédent de *qui*, abl. absolu : « chassés (de leur patrie), bannis ».

16. **Imperium potestatemque** : le pouvoir militaire et l'autorité civile.

aut ejus hospitio contineretur, aut se illius fore proprium fide confirmarat ¹⁷.

II. Perfidio et cruauté de Lysandre envers les habitants de l'île de Thasos.

1 Ita decemvirali potestate ¹ in omnibus ² urbibus constituta, ipsius nutu omnia gerebantur. Cujus de crudelitate ac perfidia satis est unam rem exempli gratia proferre, ne, de eodem plura enumerando, defatigemus lectores. 2 Victor ex Asia cum reverteretur Thasumque* devertisset, quod ³ ea civitas præcipua fide fuerat erga Athenienses, proinde ac si ⁴ non iidem firmissimi solerent esse amici, qui constantes fuissent inimici, pervertere eam concupivit. 3 Vidit autem, nisi in eo ⁵ occultasset voluntatem, futurum ut ⁶ Thasii dilaberentur consulerentque rebus suis ⁷...

17. **Contineretur... confirmarat.** Le relatif *qui* est construit successivement avec le subj. (nuance consécutive : *qui = talis ut, « celui qui répondait à la condition de... »*) et avec l'indicatif (simple affirmation d'un fait : « celui qui avait... »). *Hospitio contineretur*, était retenu (sous sa dépendance) par le lien de l'hospitalité; *fide*, par serment; *fore proprium*, lui appartenirait en propre, serait son homme.

1. **Decemvirali potestate** : le gouvernement des Dix dont il a été question plus haut (I, 5) ou décadarchie.

2. **Omnibus** : sauf à Athènes, où Lysandre avait établi le gouvernement des Trente.

3. **Quod ea civitas...** : prop. causale énonçant la raison de ce qui suit.

4. **Proinde ac si...** : prop. conditionnelle comparative subordonnée à la principale qui suit (*pervertere eam concupivit*).

5. **In eo**, au neutre : en cela, à ce sujet.

6. **Futurum ut..** : il adviendrait que; périphrase substituée à l'infinitif futur des verbes *dilabi* et *consulere*.

7. **Consulerent rebus suis** : veilleraient à leurs intérêts, à leur salut.

Ici, une lacune dans les mss. Mais on sait par ailleurs que Lysandre réunit les Thasiens dans le temple d'Hercule en

III. Ses projets ambitieux. Il est vaincu et tué près d'Haliarte.

1 Itaque hi¹ decemviralem illam potestatem ab illo constitutam sustulerunt. Quo² dolore incensus, iniit consilia reges Lacedæmoniorum tollere³. Sed sentiebat id se sine ope deorum facere non posse, quod Lacedæmonii omnia ad oracula referre⁴ consueverant. 2 Primum Delphicum⁵ corrumpere est conatus. Cum id non potuisset, Dodonam⁶ adortus est. Hinc quoque repulsus, dixit se vota suscepisse, quæ Jovi Hammoni⁷ solveret⁸, existimans se Afros⁹ facilius corrupturum. 3 Hac spe cum profectus esset in Africam, multum eum antistites Jovis fefellerunt. Nam non solum corrumpi non potuerunt, sed etiam legatos Lacedæmonem miserunt, qui Lysandrum accusarent, quod sacerdotes fani corrumpere conatus

leur jurant de ne leur faire aucun mal; après quoi il les fit massacrer. A la suite de cette atrocité et d'autres semblables, les Lacédémoniens résolurent, sur la proposition de leurs rois, d'abolir le gouvernement tyrannique institué par Lysandre dans les villes grecques.

1. **Hi** : les Lacédémoniens.

2. **Quo dolore incensus** : dans l'ardeur du ressentiment qu'il en conçut; *quo* = *cujus rei*, cf. Cimon, I, n. 5.

3. **Tollere**. On attendrait *tollendi*; mais *consilium inire*, *consilium capere* peuvent se construire, comme les verbes signifiant « décider de » (p. ex. *statuo*), avec l'infinitif. Népos

a étendu cette construction à *inire consilia* (au pluriel).

4. **Ad oracula referre** : s'en rapporter en toutes choses aux oracles; *referre aliquid ad aliquem*, c'est soumettre qqc. à qqn, lui en référer, le consulter.

5. **Delphicum** : s. ent. *oraculum*. V. Index, *Delphi*.

6. **Dodonam** : Dodone, c'est-à-dire l'oracle de Dodone; v. Index.

7. **Jovi Hammoni** : Jupiter Hammon, dont le temple était en Libye.

8. **Quæ.. solveret** : dont il devait s'acquitter.

9. **Afros** : les (prêtres) Africains.

esset ¹⁰. 4 Accusatus hoc crimine ¹¹ iudicumque absolutus sententiis, Orchomeniis * missus subsidio, occisus est a Thebanis apud Haliartum *. 5 Quam vere de eo foret iudicatum ¹², oratio indicio fuit, quæ post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedæmoniis ut, regia potestate dissoluta, ex omnibus ¹³ dux ¹⁴ deligatur ad bellum gerendum, sed sic scripta, ut deum ¹⁵ videretur congruere sententiæ, quam ille se habiturum ¹⁶, pecunia fidens, non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnassius * dicitur.

IV. Lysandre, trompé par le satrape Pharnabaze, fournit à son insu la preuve de sa conduite tyrannique à l'égard des alliés.

1 Atque hoc loco non est prætereundum factum ¹ Pharnabazi *, satrapis regii ². Nam cum Lysander, præfectus classis, in bello multa crudeliter avaraque fecisset, deque his rebus suspicaretur ad cives suos esse perlatum ³, petiit a Pharnabazo ut ad ephoros sibi testimonium daret,

10. **Conatus esset** : au subj., accusation portée par les prêtres; l'autour n'affirme pas la réalité du fait.

11. **Hoc crimine** : de ce chef.

12. **Quam... foret iudicatum** : prop. interr. indirecte dépendant de *indicio fuit* (= *indicavit*); *foret* = *esset*; *quam vere*, ironique, équivaut à *quam falso*.

13. **Ex omnibus** : entre tous, et non plus seulement dans les familles royales d'Agès et de Proclès.

14. **Dux** : sujet, et non attribut.

15. **Deum** : génit. plur.

16. **Se habiturum** : sur la prop. infinitive après *non dubito*, voir Préface, n. 1.

1. **Factum** : la chose faite, le tour (que lui joua).

2. **Satrapis regii** : satrape du roi (de Perse), en Phrygie. *Satrapes* est ord^t de la 1^{re} déclinaison et Népos lui-même dit, au pluriel, *satrapae* (Agès. II, 2). *Satrapis* au génit. (ici) et *Satrapem* à l'acc. (Conon II, 1) sont des formes non usuelles.

3. **Esse perlatum** : passif impersonnel.

quanta ⁴ sanctitate ⁵ bellum gessisset sociosque tractasset, deque ea re accurate scriberet : « magnam enim ejus auctoritatem in ea re futuram ». **2** Huic ille liberaliter ⁶ pollicetur; librum grandem verbis multis conscripsit, in quo summis eum fert laudibus. Quem cum legisset probassetque ⁷, dum signatur, alterum pari magnitudine, tanta similitudine ut discerni non posset, signatum subjecit, in quo accuratissime ejus avaritiam perfidiamque accusarat. **3** Hunc Lysander, domum ⁸ cum redisset, postquam de suis rebus gestis apud maximum magistratum ⁹ quæ voluerat dixerat, testimonii loco ¹⁰ librum a Pharnabazo datum tradidit. Hunc, summoto Lysandro, cum ephori cognosserent ¹¹, ipsi legendum dederunt. Ita ille imprudens ¹² ipse suus fuit accusator.

4. **Quanta ...gessisset** : in-torr. ind. rattachée à *testimonium*.

5. **Sanctitate** : se dit d'une personne absolument exempte de tout reproche; ici, au double point de vue de la cupidité et de la dureté envers les alliés.

6. **Liberaliter** : obligeamment.

7. **Legisset probassetque** : sujet *Lysander*; *signatur*, sujet *liber*; *posset*, sujet à tirer de *alterum*; *subjecit*, sujet *Pharnabazus*. Sur ces brusques

changements de sujet, voir p. 24, n. 5.

8. **Domum** : à Sparte.

9. **Maximum magistratum** : les Ephores; voir p. 29, n. 11.

10. **Testimonii loco**: *in* s'omet régulièrement devant *loco* signifiant « à la place de, pour tenir lieu de, pour servir de » et construit avec un génitif.

11. **Cognosserent** : prendre connaissance de.

12. **Imprudens** : sans s'en douter.

VII. ALCIBIADES

I. Vices et qualités d'Alcibiade.

1 Alcibiades, Cliniaë filius, Atheniensis. In hoc quid natura efficere possit videtur experta. Constat enim inter omnes, qui de eo memoriae prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis vel in virtutibus. **2** Natus in amplissima civitate, summo genere¹; omnium ætatis suæ multo formosissimus; ad omnes res aptus, consiliique plenus (namque imperator fuit summus et mari et terra); disertus, ut² in primis dicendo valeret, quod tanta erat commendatio³ oris atque orationis, ut nemo ei posset resistere; **3** dives; cum tempus posceret⁴, laboriosus, patiens; liberalis, splendidus non minus in vita⁵ quam victu; affa-

1. Summo genere. Par son père il descendait, dit-on, d'Ajax, et par sa mère, fille de Mégacles, il appartenait à la famille des Alcéméonides (v. Index).

2. Ut : si bien que, au point que.

3. Commendatio : ce qui recommande qqun, ce qui prévient en sa faveur; ici, le charme. *Os*, la prononciation (cf. p. 174, n. 7); *oratio*, la parole, le débit.

4. Cum posceret. Après *cum*, *ubi*, *si*, signifiant « toutes les fois que », après *quicumque*, *quisquis*, *qualiscumque*, ou *qui*

signifiant « celui qui, quel qu'il soit; tous ceux qui », le latin met régulièrement l'indicatif. Toutefois, quand le verbe doit être à l'impf. ou au pl. q. pf., certains auteurs emploient aussi le subjonctif. Ce subj. dit de répétition ou d'indétermination est assez fréquent déjà chez Népos; il le sera plus encore chez Tite-Live et Tacite.

5. Vita... victu. Il arrive souvent que devant un mot relié à un premier terme par *non... sed, non solum... sed etiam, non minus... quam*, etc., Népos ne répète pas la préposition.

bilis, blandus, temporibus callidissime serviens ⁶; **4** idem, simul ac se remisera^t ⁷ neque causa suberat quare animi laborem ⁸ perferret, luxuriosus, dissolutus, libidinosus, intemperans reperiebatur, ut ⁹ omnes admirarentur in uno homine tantam inesse dissimilitudinem tanque diversam ¹⁰ naturam.

II. Son éducation.

1. Educatus est in domo Pericli ¹ (privignus ² enim ejus fuisse dicitur), eruditus a Socrate; socerum habuit Hipponicum, omnium Græca lingua loquentium ditissimum : ut ³, si ipse fingere ⁴ vellet, neque plura bona eminisci neque majora posset ⁵ consequi quam vel fortuna vel natura tribuerat.

Vita, la vie publique; *victu*, la vie privée (nourriture, habitation, régime, etc).

6. Temporibus serviens : s'adaptant aux circonstances.

7. Se remisera^t : s'était laissé aller (à son naturel); métaphore empruntée de l'arc qui cesse d'être tendu.

8. Animi laborem : application, contrainte.

9. Ut : à tel point que.

10. Diversam : réunissant tant de contrastes.

1. Pericli : génit., cf. p. 17, n. 1.

2. Privignus. Ceci est inexact. Périclès, il est vrai, ayant à la mort d'Hipponicos épousé sa veuve, belle-mère d'Alcibiade, devint pour celui-ci une sorte de beau-père par alliance. Mais à ce moment l'éducation d'Alcibiade n'était plus à faire et, même alors, il ne fut pas le *privignus* de

Périclès, n'étant que le gendre, et non le fils, de sa femme. *Privignus*, en effet, au sens propre, désigne le fils d'un premier lit. La vérité est que la mère d'Alcibiade, fille de Mégaclys, était cousine germaine de Périclès, et c'est à titre de cousin que ce dernier, à la mort de Clinias, fut chargé de la tutelle de son fils, alors âgé de trois ans.

3. Ut : si bien que; conséquence de tout ce qui précède, depuis *Natus*, I. 2.

4. Fingere : « se représenter par l'imagination, imaginer », s. ent. *plura bona et majora* à tirer de la prop. suivante.

5. Si vellet, s'il avait voulu; **posset**, il aurait pu. *Posset* n'est au subj. qu'à cause de *ut* marquant la conséquence; sans *ut*, on aurait, à l'indicatif, *poterat* ou *potuit*, cf. p. 157, n. 13.

III. Choisi pour commander l'expédition de Sicile, il devient suspect aux Athéniens. Affaire des Hermès.

1 Bello Peloponnesio, hujus consilio atque auctoritate Athenienses bellum Syracusanis indixerunt;



Périclès.

ad quod gerendum ipse dux delectus est, duo præterea collegæ dati, Nicia et Lamachus. 2 Id cum appareretur, priusquam classis exiret, accidit ut una nocte omnes Hermæ*, qui in oppido erant Athenis, dejicerentur præter unum, qui ante ja-

nuam erat Andocidi*¹. Itaque ille postea Mercurius Andocidi vocitatus est. **3** Hoc cum appareret non sine magna multorum consensione esse factum, quæ non ad privatam, sed publicam² rem pertineret³, magnus multitudini timor est injectus ne qua repentina vis⁴ in civitate existeret, quæ libertatem opprimeret populi. **4** Hoc⁵ maxime convenire in Alcibiadem videbatur, quod et potentior et major quam privatus existimabatur; multos enim liberalitate devinxerat, plures etiam opera forensi⁶ suos⁷ reddiderat. **5** Qua re fiebat ut omnium oculos, quotiescumque in publicum prodisset, ad se converteret, neque ei par quisquam in civitate poneretur⁸. Itaque non solum spem in eo habebant maximam, sed etiam timorem⁹, quod et obesse plurimum et prodesse poterat. **6** Aspergebatur etiam infamia, quod in domo sua¹⁰ facere mysteria* dicebatur, quod nefas erat more Atheniensium, idque non ad religionem, sed ad conjurationem pertinere¹¹ existimabatur.

1. **Andocidi** : génit., cf. p. 17, n. 1.

2. **Publicam** : sur la non-répétition de la préposition, voir p. 59, n. 5.

3. **Pertineret** : qui avait rapport à, qui intéressait; au subj. parce que la prop. représente la pensée des citoyens.

4. **Vis** : coup de force, coup d'Etat.

5. **Hoc** : cela, c'est-à-dire la préparation d'un attentat contre les libertés publiques.

6. **Opera forensi** : assistance dans les procès.

7. **Suos** : siens, dévoués à lui.

8. **Poneretur** : v. Préface, n. 18.

9. **Timorem**. L'expr. *timorem in eo habebant* est insolite; elle ne passe ici qu'à la faveur de *spem* et de l'antithèse.

10. **In domo sua** : v. p. 22, n. 2. On l'accusait d'avoir dans un festin parodié les mystères d'Eleusis.

11. **Ad religionem... pertinere** : avoir rapport non à la religion (pour la tourner en dérision), mais à une conjuration.

IV. Rappelé par les Athéniens, il prend la fuite; sa condamnation; il sert la cause de Sparte.

1 Hoc crimine ¹ in contione ab inimicis ² compellabatur ³. Sed instabat tempus ad bellum profiscendi. Id ille intuens, neque ignorans civium suorum consuetudinem, postulabat, si quid de se agi ⁴ vellent, potius de præsentè quæstio ⁵ haberetur ⁶, quam absens invidiæ ⁷ crimine accusaretur. 2 Inimici vero ejus quiescendum ⁸ in præsentè, quia noceri ⁹ non posse intellegebant, et illud tempus exspectandum decreverunt, quo exisset ¹⁰, ut absentem aggrederentur, itaque ¹¹ fecerunt. 3 Nam postquam in Siciliam cum pervenisse crediderunt, absentem, quod sacra violasset ¹², reum fecerunt. Qua de re cum ei nuntius a magistratu ¹³ in Siciliam missus esset, ut domum ad causam dicendam rediret, essetque ¹⁴ in magna spe provinciæ ¹⁵ bene administrandæ, non parere noluit, et in trierem ¹⁶, quæ ad eum erat deportan-

1. **Hoc crimine** : de ce chef (accusation d'avoir parodié les mystères).

2. **Inimicis** : les orateurs, qu'il avait supplantés; l'aristocratie, qui voyait en lui un transluce; les honnêtes gens, pour son libertinage; les prêtres, pour son incrédulité, etc.

3. **Compellabatur** : il était pris à parti.

4. **Agi** : doit s'entendre ici d'une action en justice.

5. **Quæstio** : au sens juridique, « enquête, instruction ».

6. **Haberetur** : subj. sans ut dépendant de *postulabat*, cf. p. 6, n. 16.

7. **Invidiæ crimine** : une accusation de l'envie, c'est-

à-dire forgé par l'envie, par ses envieux.

8. **Quiescendum, exspectandum** : s. ent. *esse*.

9. **Noceri** : s. ent. *ei*, passif impersonnel.

10. **Quo exisset** : où il serait parti (st. dir. : *quo exierit*).

11. **Itaque** = *et ita*.

12. **Violasset** : au subj., pensée des accusateurs.

13. **A magistratu**. V. p. 29, n. 11.

14. **Essetque** dépend de *cum*, qui, temporel avec *missus esset*, prend avec *esset in magna spe* le sens de « quoique ».

15. **Provinciæ** : sa mission (militaire).

16. **Trierem** : mot grec, en

dum missa, ascendit. **4** Hac Thurios* in Italiam pervectus, multa secum reputans de immoderata civium suorum licentia crudelitateque erga nobiles, utilissimum¹⁷ ratus impendentem evitare tempestatem, clam se ab custodibus subduxit, et inde primum Elidem*, deinde Thebas venit. **5** Postquam autem se capitis damnatum, bonis publicatis, audivit, et, id quod usu venerat¹⁸, Eumolpidas* sacerdotes a populo coactos ut se¹⁹ deberent, ejusque devotionis, quo testatior esset memoria, exemplum in pila²⁰ lapidea incisum esse positum in publico, Lacedæmonem demigravit. **6** Ibi, ut ipse prædicare consuevit, non²¹ adversus patriam, sed inimicos²² suos bellum gessit, « quod iidem hostes²³ essent²⁴ civitati : nam cum intellexerent se²⁵ plurimum prodesse posse reipublicæ, ex ea ejecisse, plusque iræ suæ quam utilitati communi paruisse ». **7** Itaque hujus consilio Lacedæmonii cum Perse rege amicitiam

latin *triremis*, vaisseau de guerre à trois rangs de rames superposés. Il s'agit ici de la *Galère Salaminienne* : v. ce mot à l'Index.

17. **Utilissimum** : au neutre, s. ent. *esse*.

18. **Usu venerat** : chose qui avait réellement eu lieu. Népos souligne par là ce qu'avait de surprenant cette aggravation de peine. Dans *usu venit*, le sens de l'abl. *usu* (littéral « il arrive par l'usage, par le cours habituel des choses ») s'est peu à peu effacé, et l'expression n'est plus guère qu'un synonyme un peu plus fort de *evenit*. Népos l'emploie assez fréquemment.

19. **Se** : lui, Alcibiade.

20. **Pila** : colonne.

21. **Non adversus patriam, sed...** : distinction qui ne justifie pas Alcibiade; il rejette sur ses adversaires le crime de lèse-patrie dont il se rendait lui-même coupable.

22. **Sed inimicos** : la prép. *adversus* n'est pas répétée, voir p. 59, n. 5.

23. **Inimicos... hostes** : l'opposition de ces mots en fait bien ressortir le sens.

24. **Essent** : au subj., pensée d'Alcibiade.

25. **Se** : lui, Alcibiade; *ejecisse*, s. ent. *eos* sujet et *se* (Alcibiade) complément; *iræ suæ*. leur ressentiment.

fecerunt, dein Deceleam* in Attica munierunt, præsidioque ibi perpetuo posito in obsidione Athenas tenuerunt. Ejusdem opera Ioniam* a societate averterunt Atheniensium; quo facto multo superiores bello esse cœperunt.

V. Réfugié auprès de Tissapherne, il se fait reconnaître comme général par l'armée athénienne de Samos; ses victoires.

1 Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti quam timore ab eo alienati. Nam cum acerrimi viri ¹ præstantem prudentiam in omnibus rebus cognoscerent, pertimuerunt ne caritate patriæ ductus aliquando ab ipsis descisceret et cum suis in gratiam rediret. Itaque tempus ² ejus interficiendi quærere instituerunt. 2 Id Alcibiades diutius celari ³ non potuit; erat enim ea sagacitate, ut ⁴ decipi non posset, præsertim cum animum attendisset ad cavendum. Itaque ad Tissaphernem*, præfectum ⁵ regis Darii*, se contulit. 3 Cujus cum in intimam amicitiam pervenisset, et Atheniensium, male gestis ⁶ in Sicilia rebus, opes senescere ⁷. contra Lacedæmoniorum ⁸ crescere videret, initio cum Pisandro* prætore, qui apud

1. Viri acerrimi. Co génitif désigne Alcibiado.

2. Tempus : une occasion.

3. Id Alcibiados celari. Les mss ont *Alcibiadi*. Mais *celare aliquid alicui* n'est pas latin; aussi a-t-on corrigé : *Alcibiades*. On dit, en effet, à l'actif, *celare aliquem* « tenir qqun dans l'ignorance », le nom de la chose que l'on cache se mettant soit à l'acc. (*rem*), soit à l'abl. précédé de *de* (*de re*). Au passif, la constr.

régulière est *celari de re*. L'acc. de la chose cachée, avec *celari*, ne se justifie ici que parce que c'est un pronom neutre, cf. Epam. VI, p. 108, n. 5.

4. Ea ut : telle que.

5. Præfectum : satrape.

6. Male gestis rebus ; v. p. 9, n. 10.

7. Senescere : littéral¹ vieillir, c'est-à-dire décroître.

8. Lacedæmoniorum : s. ent. opes.

Samum exercitum habebat, per internuntios colloquitur, et de reditu suo facit mentionem. Erat⁹ enim eodem quo Alcibiades sensu¹⁰, populi potentiae non amicus, et optimatum fautor. 4 Ab hoc destitutus, primum per Thrasybulum¹¹, Lyoi filium, ab exercitu recipitur, praetorque fit apud Samum; post, sullragante¹² Theramene*, populi scito restituitur¹³, parique absens imperio¹⁴ praeficitur simul cum Thrasybulo et Theramene. 5 Horum in imperio tanta commutatio rerum facta est, ut Lacedaemonii, qui paulo ante victores viguerant, perterriti pacem peterent. Victi enim erant quinque praeliis terrestribus, tribus navalibus, in quibus ducentas naves triremes amiserant, quae captae in hostium venerant potestatem. 6 Alcibiades simul cum collegis receperat Ioniam*, Hellepontum*, multas praeterea urbes Graecas, quae in ora sitae sunt Asiae, quarum expugnarant complures, in his Byzantium*, neque minus multas consilio¹⁵ ad amicitiam adjunxerant, quod in captos clementia fuerant usi. 7 Ita praeda onusti, locupletato exercitu, maximis rebus gestis, Athenas venerunt.

9. **Erat** : sujet Pisandre.

10. **Sensu** : ici, opinion politique.

11. **Thrasybulum**. Voir plus loin sa biographie.

12. **Suffragante** : « l'appuyant de son suffrage », c'est-à-dire sur la recommandation de.

13. **Restituitur** : il est rétabli dans ses droits de citoyen.

14. **Pari imperio** : abl. de


manière. *Praeficitur*, employé absol^t = « est fait commandant, est investi du commandement » (par un vote du peuple) : il est associé, dans le commandement de l'armée, à Thrasybule et à Théramène, avec mêmes pouvoirs.

15. **Consilio** : par une sage politique; s'oppose à l'idée de force, contenue dans *expugnant*,

VI. Son retour triomphal à Athènes.

1 His cum obviam ¹ universa civitas in Piræum descendisset, tanta fuit omnium exspectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus trirēm vulgus conflueret, proinde ac si solus advenisset.

2 Sic enim populo erat persuasum, et adversas superiores et præsentis secundas res accidisse ejus opera. Itaque et Siciliæ amissum ³ et Lacedæmoniorum victorias culpæ suæ tribuebant, quod talem virum e civitate expulissent ⁴. Neque id sine causa arbitrari videbantur; nam postquam ⁵ exercitui præesse cœperat, neque terra neque mari hostes pares esse potuerant. 3 Hic ut e navi egressus est, quanquam Theramenes et Thrasybulus eisdem rebus præfuerant



Alcibiade
(marbre du Vatican).

1. **Obviam** : adverbe formé de *ob* et *viam*, m. à m. « devant sur le chemin » ; *obviam ire alicui*, aller au-devant, à la rencontre de qqun.

2. **Sic** : annonce la prop. infinitive qui suit.

3. **Amissum Siciliae** :

tour abstrait, moins fréquent que *amissam Siciliam*. Le subst. *amissus* (4^e décl.) ne se rencontre pas ailleurs. Le mot usuel est *amissio*.

4. **Expulissent** : au subj., pensée des Athéniens.

5. **Postquam** : du jour où, depuis que.

simulque venerant in Piræum, tamen unum omnes illum prosequebantur⁶, et, id quod nunquam antea usu venerat⁷ nisi Olympiæ* victoribus, coronis laureis taeniisque⁸ vulgo⁹ donabatur. Ille lacrimans talem benevolentiam civium suorum accipiebat, reminiscens pristini temporis acerbitatem. 4 Postquam astu¹⁰ venit, contione advocata, sic verba fecit, ut nemo tam ferus fuerit quin ejus casum lacrimarit¹¹ inimicumque iis se osten-



Corona lemniscata.

6. **Prosequebantur** : escortaient.

7. **Usu venerat** : p. 64, n. 18.

8. **Coronis laureis taeniisque**. Correction de Muret pour *aureis aeneisque* des mss. Les vainqueurs aux jeux Olympiques ne recevaient à Olympie même qu'une couronne d'olivier, et, au retour dans leur patrie, des couronnes de laurier. Ces couronnes étaient souvent ornées de rubans (*taeniae, lemnisci*), faits d'étoffes plus ou moins précieuses, tissus plus tard de fils d'or et d'argent, qui, attachés à la partie postérieure, pendaient derrière

la tête. Tite-Live raconte, après Polybe, qu'aux jeux isthmiques où Flamininus proclama la liberté des peuples grecs (197 av. J.-C.), la foule enthousiaste jeta au proconsul romain « *coronas lemniscosque* ». On attachait aussi, à Rome, un ruban à la palme donnée comme prix aux vainqueurs des jeux du Cirque (*palma lemniscata*).

9. **Vulgo** : adverbe.

10. **Astu** : v. p. 22, n. 1; construit ici sans *in*, comme le serait *Athenas*, qu'il remplace.

11. **Casum lacrimarit**. Seul ex. de *lacrimare* avec un acc. autre que celui d'un pronom neutre. Ce verbe est en effet intransitif. Aussi a-t-on corrigé : *casu* (datif arch. pour *casui*) *illacrimarit*. Cependant la leçon des mss semble devoir être conservée : Népos a pu être conduit à *casum lacrimare* par des expressions telles que *casum flere, casum dolere*, qui sont classiques.

derit, quorum opera patria pulsus fuerat, proinde ac si alius populus, non ille ipse qui tum flebat, eum sacrilegii damnasset. 5 Restituta ergo huic sunt publice¹² bona, eidemque illi Eumolpidæ sacerdotes rursus resacrare¹³ sunt coacti, qui eum devoverant, pilæque illæ, in quibus devotio fuerat scripta, in mare præcipitatae.

VII. Nouvelle condamnation d'Alcibiade.

1 Hæc Alcibiadi lætitia non nimis fuit diuturna. Nam cum ei omnes essent honores decreti, totaque respublica¹ domi bellique² tradita, ut unius arbitrio gereretur, et ipse postulasset ut duo sibi collegæ darentur, Thrasybulus et Adimantus, neque id negatum esset, classe³ in Asiam profectus, quod⁴ apud Cymen* minus ex sententia⁵ rem gesserat, in invidiam recidit. 2 Nihil enim eum non efficere posse ducebant. Ex quo fiebat ut omnia minus prospere gesta culpæ tribuerent, cum aut eum neglegenter aut malitiose⁶ fecisse loquerentur, sicut tum accidit; nam corruptum a rege capere Cymen noluisse arguebant. 3 Itaque huic maxime putamus malo

12. **Publice** : aux frais du Trésor.

13. **Resacrare** : « retirer les imprécations ». Le préfixe *re* exprime ici le contraire du verbe simple; *rursus resacrare*, pléonasme.

1. **Res publica** : le gouvernement.

2. **Domi bellique** : au dedans et au dehors; au dehors, comme chef de l'armée et de la flotte; au dedans, sans titre officiel, mais de

fait, par son influence.

3. **Classe** : avec une flotte; abl. d'accompagnement.

4. **Quod... rem gesserat** : prop. causale subordonnée à la principale qui suit (*recidit*).

5. **Ex sententia** : conformément à l'attente (des Athéniens); *minus*, négation adoucie, cf. page 17, n. 4.

6. **Neglegenter aut malitiose** : (avoir péché) par manque de soin ou par mauvais vouloir.

fuisse nimiam opinionem⁷ ingenii⁸ atque virtutis. Timebatur enim non minus quam diligebatur, ne, secunda fortuna magnisque opibus elatus, tyrannidem concupisceret. Quibus rebus factum est ut absentem magistratum⁹ abrogarent et alium in ejus locum substituerent. 4 Id ille ut audivit, domum reverti noluit, et se Pactyen* contulit, ibique¹⁰ tria castella communiit, Ornos, Bizanthen, Neontichos, manuque collecta primus Græcæ civitatis in Thraciam introiit¹¹, gloriosius existimans barbarum¹² præda locupletari quam Graiorum¹³. 5 Qua ex re creverat cum fama, tum opibus, magnamque amicitiam sibi cum quibusdam regibus Thraciæ pepererat.

VIII. Il sert autant qu'il peut les intérêts
de ses concitoyens.

1 Neque tamen a caritate patriæ potuit recedere. Nam cum apud Ægos* flumen Philocles, prætor Atheniensium, classem constituisset suam, neque longe abesset Lysander, prætor Lacedæmoniorum, qui in eo erat occupatus ut bellum quam diutissime duceret¹, quod ipsis² pecunia a rege suppeditabatur, contra Atheniensibus exhaustis præter arma et naves nihil erat super³, 2 Alcibiades ad exercitum venit Atheniensium,

7. **Nimiam opinionem** : la trop haute opinion qu'on avait.

8. **Ingenii**, de ses dons naturels; *virtutis*, de ses qualités acquises (ses talents).

9. **Magistratum** : sa charge, son commandement.

10. **Ibi** : dans la région.

11. **Introiit** : pénétra dans

l'intérieur (au lieu de se tenir sur la côte).

12. **Barbarum** : v. p. 6, n. 1.

13. **Graiorum** : Préface, n. 12.

1. **Bellum duceret** : traîner la guerre en longueur.

2. **Ipsis** : à eux Lacédémoniens.

3. **Erat super**, pour *supererat*.

ibique præsentē vulgo ⁴ agere ⁵ cœpit : si vellent, se coacturum Lysandrum aut dimicare aut pacem petere spondit : « Lacedæmonios eo ⁶ nolle classe confligere, quod pedestribus copiis plus quam navibus valerent; ³ sibi autem esse facile Seuthem, regem Thracum, adducere ut eum terra depelleret; quo facto, necessario aut classe conflicturum, aut bellum compositurum ⁷. » ⁴ Id etsi vere dictum Philocles animadvertēbat, tamen postulata facere noluit, quod sentiebat se, Alcibiade recepto ⁸, nullius momenti ⁹ apud exercitum futurum, et, si quid secundi evenisset, nullam in ea re suam partem fore, contra ea ¹⁰, si quid adversi accidisset, se unum ejus delicti ¹¹ futurum reum. ⁵ Ab hoc discedens Alcibiades : « Quoniam, inquit, victoriæ patriæ repugnas, illud moneo ¹², ne ¹³ juxta hostem castra habeas

4. **Vulgo** : les soldats, par opp. aux chefs.

5. **Agere** : voir p. 49, n. 8.

6. **Eo... quod** : parce quo.

7. **Compositurum (esse)** : sujet s. ent. *eum*, Lysandre. *Componere bellum*, m. à m. « arranger la guerre », c'est-à-dire la terminer par un traité.

8. **Alcibiade recepto** : abl. absolu de sens conditionnel.

9. **Nullius momenti** : d'aucun poids, d'aucune autorité.

10. **Contra ea** : au contraire, v. Préfacq, n. 19.

11. **Delicti** : faute. Une bataille perdue était une faute dont on punissait l'auteur.

12. **Illud moneo** : s. ent. *te*. *Illud* annonce la complétive qui suit.

13. **Ne... habeas**. *Ne* manque dans les mss. : *moneo* serait alors construit avec le subj. sans *ut* (cf. Milt. I, n. 16), et Thémistocle conseillera à Philoclès, vu la proximité de l'ennemi (*juxta hostem* équivaudrait à une prop. participiale : étant près de l'ennemi) d'avoir un camp naval où la flotte tirée sur le rivage puisse être protégée. Mais cette construction de *juxta hostem* paraît forcée et l'insertion de *ne*, dont la chute s'explique aisément après *moneo*, se justifie par la comparaison du texte de Plutarque (vie de Lysandre, 10) : ἀπωτέρω γενέσθαι τῶν πολεμίων. *Juxta hostem* se joint dès lors tout naturellement à *habeas*.

nautica¹⁴; periculum est enim ne immodestia¹⁵ militum vestrorum occasio detur Lysandro vestri opprimendi exercitus. » 6 Neque ea res¹⁶ illum fefellit. Nam Lysander, cum per speculatores comperisset vulgum¹⁷ Atheniensium in terram prædatum exisse, navesque pæne inanes relictas, tempus rei gerendæ¹⁸ non dimisit, eoque impetu¹⁹ bellum totum delevit²⁰.

IX. Après la bataille d'Ægos-Potamos, il se réfugie auprès de Pharnabaze.

1 At Alcibiades, victis Atheniensibus, non satis tuta eadem loca sibi arbitrans, penitus in Thraciam se supra Propontidem* abdedit, sperans ibi facillime suam fortunam¹ oculi posse; falso. 2 Nam Thraces, postquam eum cum magna pecunia venisse senserunt, insidias fecerunt; qui ea quæ apportarat abstulerunt, ipsum capere non potuerunt. 3 Ille, cernens nullum locum sibi tutum in Græcia propter potentiam Lacedæmoniorum, ad Pharnabazum* in Asiam transiit. Quem quidem adeo sua cepit humanitate², ut eum nemo in amicitia antecederet. Namque ei Grynium dederat in Phrygia castrum³, ex quo quinqu-

14. **Castra nautica** : un camp naval, pour les vaisseaux tirés à sec.

15. **Immodestia** : indiscipline.

16. **Ea res** : cette prévision.

17. **Vulgum** : ici masculin, emploi rare, mais dont il y a des ex. dans Virgile et même chez César (*Bell. Gall.* VI, 14, 4) et chez Salluste.

18. **Rei gerendæ** : de livrer bataille.

19. **Eo impetu** : de ce (seul) coup.

20. **Delevit** : anéantit, c'est-à-dire termina.

1. **Fortunam** son sort, expr. un peu emphatique pour : sa personne.

2. **Humanitate** : ses manières aimables et distinguées.

3. **Grynium... castrum**. Entendez : tout le pays environnant, avec les revenus qu'on pouvait en tirer. *Castrum*,

gena⁴ talenta* vectigalis⁵ capiebat. 4 Qua fortuna⁶ Alcibiades non erat contentus, neque Athenas victas Lacedæmoniis servire poterat pati. Itaque ad patriam liberandam omni ferebatur cogitatione. 5 Sed videbat id sine rege⁷ Perse non posse fieri, ideoque eum amicum sibi cupiebat adjungi, neque dubitabat facile se consecuturum⁸, si modo ejus conveniundi⁹ habuisset potestatem. Nam Cyrum* fratrem ei¹⁰ bellum clam parare, Lacedæmoniis adjuvantibus, sciebat; id si aperuisset¹¹, magnam se initurum¹² gratiam videbat.

X. Mort d'Alcibiade.

1 Hoc cum moliretur, peteretque a Pharnabazo* ut ad regem mitteretur, eodem tempore Critias ceterique tyranni¹ Athéniensium certos homines ad Lysandrum in Asiam miserant, qui eum certiorum facerent, nisi Alcibiadem sustulisset, nihil earum rerum² fore ratum³, quas ipse Athenis constituisset : « quare, si suas res gestas

au singulier, ne s'emploie en prose que joint à un nom propre pour désigner une localité. Autrement on dit *castellum*.

4. **Quinquagena** : distributif, cinquante par an.

5. **Vectigalis** : « de revenu » ; génit. explicatif = en fait de, cf. Conon IV, 5 : *pecunia*.

6. **Qua fortuna** : de cette situation.

7. **Rege** : c'était alors Artaxerxès II, dit Mnémon; v. Index.

8. **Se consecuturum (esse)** : s. ent. *id*; pour la prop. infi-

nit. après *non dubito*, voir Préface, note 1.

9. **Ejus conveniundi** : v. page 44, n. 8.

10. **Ei** : contre lui.

11. **Id si aperuisset** : s'il révélait (au roi) ces préparatifs.

12. **Se initurum** : s. ent. *ab eo*.

1. **Tyranni** : les Trente tyrans imposés à Athènes par Lysandre après sa victoire.

2. **Earum rerum** : le régime, le gouvernement oligarchique qu'il avait institué à Athènes. L'idée est reprise à la ligne suivante par *suas res gestas*.

3. **Ratum** : durable.

manere vellet, illum persequeretur⁴ ». 2 His Laco⁵ rebus commotus statuit accuratius sibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo societatem renuntiat⁶ quæ regi cum Lacedæmoniis esset⁷, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum sibi tradidisset. 3 Non tulit⁸ hunc satrapes, et violare clementiam⁹ quam regis opes minui maluit. Itaque misit Susamithren et Bagæum ad Alcibiadem interficiendum, cum ille esset in Phrygia iterque ad regem compararet. 4 Missi¹⁰ clam vicinitati¹¹, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium ut eum interficiant¹². Illi, cum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt circa casam eam, in qua quiescebat, eaque succenderunt, ut incendio conficerent quem manu¹³ superari posse diffidebant. 5 Ille autem, ut sonitu flammæ est excitatus, etsi¹⁴ gladius ei erat subductus, familiaris sui subalare¹⁵ telum eripuit. Namque erat cum eo quidam ex Arcadia hospes, qui nunquam discedere voluerat. Hunc

4. **Persequeretur** : subj. correspondant à un impératif du style direct.

5. **Laco** ; le Lacédémonien (Lysandro).

6. **Renuntiat**. *Renuntiare* est pris ici au sens de : notifier la rupture d'un accord, dénoncer un traité.

7. **Quæ esset** : au subj., paroles de Lysandre.

8. **Non tulit hunc** : au sens où l'on dit *impetum ferre*, soutenir le choc, l'attaque ; il ne résista point, il céda.

9. **Violare clementiam** : manquer à l'humanité.

10. **Missi** : les envoyés.

11. **Vicinitati in qua** : comme on dirait *civitati in qua..*,

vicinitas étant à *vicin* (les habitants du *vicus*, les voisins) ce que *civitas* est à *cives*.

12. **Interficioant** : au plur., accord par syllepse avec l'idée de *vicini*, contonue dans *vicinitati*.

13. **Manu** : attaque à main armée.

14. **Etsi... erat subductus** : à ce *etsi* répond, non pas *telum eripuit*, mais une idée à compléter : il put tout de même se défendre.

1 Epaminondas, Polymnidis filius, Thebanus. De hoc priusquam scribimus, hæc præcipienda videntur lectoribus, ne alienos mores ad suos referant¹, neve ea, quæ ipsis leviora sunt, pari modo apud ceteros fuisse arbitrentur. 2 Scimus enim musicen² nostris moribus³ abesse a principis persona⁴, saltare⁵ vero etiam in vitiis poni : quæ omnia apud Græcos et grata et laude digna ducuntur. 3 Cum autem exprimere⁶ imaginem consuetudinis atque vitæ⁷ velimus Epaminondæ, nihil videmur⁸ debere prætermittere quod pertineat ad eam declarandam. 4 Quare dicemus primum de genere ejus, deinde quibus disciplinis⁹ et a quibus sit eruditus; tum de moribus ingenique

1. **Ne... referant.** *Referre ad* = rapporter à (comme à un étalon), juger d'après. *Alienos mores*, mœurs étrangères (des autres pays); *suos*, les leurs (de leur pays).

2. **Musicen**, forme grecque = *musicam*; ici, au sens restreint de : musique. V. Préface, n. 7.

3. **Nostris moribus** : abl. équivalant à « d'après ».

4. **Abesse a** : être éloigné de, ne pas convenir; pour

persona, v. Préface, n. 5.

5. **Saltare** : v. Préface, n. 9.

6. **Exprimere** : donner une image fidèle.

7. **Consuetudinis atque vitæ** : de sa vie privée (littéral¹ : de ses habitudes) et de sa vie publique.

8. **Videmur** : s. ent. *nobis*, il nous semble que nous...; nous croyons...

9. **Disciplinis** : sciences, connaissances.

facultatibus, et si qua alia ¹⁰ digna memoria erunt: postremo de rebus gestis, quæ a plurimis animi ¹¹ anteponuntur virtutibus.

II. Éducation d'Épaminondas.

1 Natus igitur patre, quo ¹ diximus, genere honesto, pauper jam a majoribus ² relictus, eruditus autem sic ut nemo Thebanus magis ³. Nam et citharizare ⁴, et cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio*, qui non minore fuit in musicis gloria quam Damon* aut Lamprus*, quorum pervulgata sunt nomina; cantare tibiis ⁵ ab Olympodoro, saltare a Calliphrone. 2 At philosophiæ præceptorem habuit Lysim* Tarentinum, Pythagoreum; cui quidem sic fuit deditus, ut adolescens tristem ⁶ ac severum senem omnibus æqualibus suis in familiaritate anteposuerit; neque

10. **Et si qua alia** : et des autres choses, s'il en est, qui.

11. **Animi** : correction pour *omnium* des mss, qui signifierait que la plupart des hommes mettent les *res gestae* d'Épaminondas au-dessus des *virtutes* de tous, ce qui est peu satisfaisant. *Animi* oppose les qualités morales aux exploits de l'homme de guerre, et, en disant que la foule attache plus de prix à ceux-ci qu'à celles-là, Népos donne à entendre que lui-même en juge tout autrement.

1. **Quo** : s. ont. *eum natum esse*.

2. **Jam a majoribus** se rattache à *pauper*, non à *relictus* : « pauvre dès ses ancêtres », c'est-à-dire pauvre d'une

pauvreté héritée des ancêtres, héréditaire dans la famille. Du reste, *pauper* est attribut, et avec *relictus* il faut sous-entendre *est et a patre*.

3. **Sic ut nemo.. magis** ; *sic ut* (= *sicut*) est ici particule de comparaison : « instruit comme pas un Thébain ne le fut davantage », c'est-à-dire plus instruit que Thébain ne le fut jamais. Aussi bien les Thébains passaient-ils pour se donner peu à la culture de l'esprit.

4. **Citharizare** : de *cithara*, cithare; instrument à cordes, luth ou lyre.

5. **Cantare tibiis** : v. Préface, n. 10.

6. **Tristem** : d'humour morose

prius eum a se dimisit, quam in doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut facile intellegi posset pari modo superaturum ⁷ omnes in ceteris artibus. **3** Atque hæc ad ⁸ nostram consuetudinem sunt levia et potius contemnenda; at in Græcia, utique olim, magnæ læudi erant. **4** Postquam ephebus ⁹ est factus, et palæstræ ¹⁰ dare operam cœpit, non tam magnitudini virium servivit quam velocitati; illam enim ad athletarum usum, hanc ad belli existimabat utilitatem pertinere. **5** Itaque exercebatur plurimum currendo et luctando ad eum finem quoad ¹¹ stans complecti posset atque contendere; in armis vero plurimum studii consumebat.

III. Vertus d'Épaminondas.

1 Ad hanc corporis firmitatem plura etiam ¹ animi bona accesserant. Erat enim modestus, prudens, gravis ², temporibus sapienter utens, peritus belli, fortis manu, animo maximo, adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur;

7. Superaturum : sujet s. ent. *eum*.

8. Ad : d'après, relativement à.

9. Ephebus : c'est le nom qu'on donnait en Grèce aux jeunes gens de 18 à 20 ans. A 18 ans on devenait « éphèbe » et on était inscrit sur la liste des citoyens de son dème.

10. Palaestrae : la palestre, le lieu où l'on s'exerce à la lutte; par extension, les exercices corporels.

11. Ad eum finem quoad se rattache seulement à *luc-*

tando, avec sens restrictif (d'où le subj.) : « aussi longtemps que (et pas plus), pour autant (du moins) que ». D'ordinaire la lutte continuait quand les lutteurs étaient à terre; mais c'était alors la force plus que l'adresse, qui décidait de la victoire. Epaminondas ne luttait que debout (*stans*), trouvant indigne de se rouler avec l'adversaire dans la poussière. *Complecti*, étreindre (l'adversaire).

1. Plura etiam : encore plus de...

2. Gravis : réfléchi.

2 idem continens³, clemens patiensque admirandum in modum, non solum populi, sed etiam amicorum ferens injurias, in primis commissa celans, quodque⁴ interdum non minus prodest quam diserte dicere, studiosus audiendi : ex hoc enim facillime disci⁵ arbitrabatur. 3 Itaque cum in circulum venisset⁶, in quo⁷ aut de republica disputaretur aut de philosophia sermo haberetur, nunquam inde prius discessit quam ad finem sermo esset adductus. 4 Paupertatem adeo facile peressus est, ut de republica nihil præter gloriam ceperit. Amicorum in se tuendo⁸ caruit⁹ facultatibus, fide¹⁰ ad alios sublevandos sæpe sic usus est, ut judicari possit omnia ei cum amicis fuisse communia. 5 Nam cum aut civium suorum¹¹ aliquis ab hostibus esset¹² captus, aut virgo amici nubilil¹³,

3. **Continens** : maître de ses désirs.

4. **Quodque** = *et, quod* « et, chose qui... ». Les mss ont *quod* seulement. Même sans *-que*, la prop. *quod... prodest* paraît être en apposition à *studiosus audiendi* qui suit, plutôt qu'à *commissa celans* qui précède. L'antithèse est entre *dicere* et *audire*. Rien de plus judicieux que cette constatation qu'il y a parfois plus de profit à savoir écouter qu'à parler même avec éloquence.

5. **Disoi** : on s'instruit.

6. **Cum... venisset** : subj. dit de répétition (à l'impf. et au pl. q. pf.), cf. p. 59, n. 4; *circulum*, une réunion.

7. **In quo** = *talem ut in eo*, d'où le subj. qui suit.

8. **In se tuendo**. *In* et abl.,

« à propos de, quand il s'agit de »; *se tueri*, pourvoir à son entretien.

9. **Caruit** : il sut se passer.

10. **Fide** : littéral¹ « la foi, la confiance de ses amis (en lui) », c'est-à-dire le crédit dont il jouissait auprès d'eux. Cette interprétation ne laisse pas de paraître un peu forcée. Aussi a-t-on proposé diverses corrections : *idem, sed, sed eis*.

11. **Suorum** : emploi libre de *suus* au lieu de *ejus*; s'explique peut-être ici par cette considération que la prop. équivaut à : « lorsqu'il voyait un de ses concitoyens... ».

12. **Cum... esset captus** : v. note 6.

13. **Nubilil** : s. ent. *esset*; en âge de se marier.

quæ propter paupertatem collocari ¹⁴ non posset ¹⁵, amicorum consilium habebat, et, quantum quisque daret ¹⁶, pro facultatibus imperabat; **6** eamque summam cum fecerat ¹⁷, priusquam acciperet pecuniam, adducebat eum, qui quærebat, ad eos qui conferebant, eique ut ipsi numerarent faciebat ¹⁸, ut ille, ad quem ea res ¹⁹ perveniebat, sciret quantum cuique deberet.

IV. Son désintéressement.

1 Tentata autem ejus est abstinentia ¹ a Diomedonte Cyziceno* ; namque is rogatu Artaxerxis* regis Epaminondam pecunia corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit, et Micythum adolescentulum quinque talentis* ad suam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit et causam adventus Diomedontis ostendit. **2** At ille Diomedonti coram : « Nihil, inquit, opus pecunia est ; nam si rex ea vult, quæ Thebanis sunt utilia, gratis facere sum paratus ; sin autem contraria, non habet auri atque argenti satis ; namque orbis terrarum divitias accipere nolo pro ² patriæ caritate. **3** Tu quod me incognitum ³ tentasti tuique similem ⁴ existi-

14. **Collocari** : s'établir (se marier) ; v. p. 39, n. 10.

15. **Quæ posset** : quæ = talis ut ea (si pauvre que), d'où le subj.

16. **Quantum... daret** : combien chacun devait donner ; v. p. 5, n. 11.

17. **Fecerat** : avait constitué, réuni.

18. **Eique... faciebat**. Construisez : *faciebatque ut ipsi*

(nomin. plur.) *numerarent ei* (dat. sing.).

19. **Ea res** : cette somme.

1. **Abstinentia** : désintéressement.

2. **Pro** : en échange de, c'est-à-dire « s'il me faut à ce prix renoncer à ».

3. **Incognitum** : inconnu de toi, sans me connaître.

4. **Tui similem** : terme de mépris.

masti, non miror, tibi que ignosco; sed egredere propere, ne alios corrumpas, cum me⁵ non potueris. Et tu, Micythe, argentum huic redde, aut nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui⁶ ». **4** Hunc⁷ Diomedon cum rogaret ut tuto exire suaque, quæ attulerat, liceret efferre : « Istud quidem, inquit, faciam, neque tua causa⁸, sed mea, ne, si tibi sit pecunia adempta⁹, aliquis¹⁰ dicat, id ad me ereptum pervenisse, quod delatum¹¹ accipere noluissem ». **5** A quo cum quæsisset quo se deduci vellet, et ille Athenas dixisset, præsidium dedit, ut tuto perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam, ut¹² inviolatus in navem escenderet, per Chabriam Atheniensem, de quo supra¹³ mentionem fecimus, effecit. **6** Abstinentiæ erit hoc satis testimonium. Plurima quidem proferre possumus¹⁴, sed modus adhibendus est, quoniam uno hoc volumine vitam excellentium virorum complurium concludere, constituimus, quorum¹⁵

5. **Me** : s. ent. *corrumpere*.

6. **Magistratui** : v. p. 29, n. 11.

7. **Hunc** : Epaminondas.

8. **Tua causa**. Au lieu de « *mei, tui, nostri causa* », à cause de moi, de toi, etc., on dit « *mea, tua, nostra causa* ». Même règle pour *gratia*.

9. **Si... sit adempta** : ce subj. parfait remplace le fut. ant. que l'on aurait si la prop. *ne... dicat*, au lieu d'être subordonnée, était indépendante : *si... erit adempta, aliquis dicet*.

10. **Ne... aliquis**. *Ne quis* (cf. p. 80, n. 3) signifierait : « pour que personne ne

dise »; *ne aliquis* = « pour qu'on ne dise pas ». Par ce « on », Epaminondas entend d'abord Diomédon lui-même.

11. **Ereptum... delatum** : enlevé de vive force... offert.

12. **Ut... escenderet... effecit**. Construisez : *effecit per Chabriam... ut*.

13. **Supra** : allusion à la *Vie* de Chabrias, non reproduite dans cette édition.

14. **Possumus**. En français : « nous pourrions », voir Hann. V, p. 157, n. 13.

15. **Quorum** : s. ent. *vitam*, ou mieux *vitæ*, dont l'idée est à tirer de *vitam concludere* qui précède. Ellipse très dure : le texte est sans doute altéré.

separatim multis milibus versuum ¹⁶ complures scriptores ante nos explicarunt.

V. Spirituelle réponse d'Épaminondas à Ménéclidès.

1 Fuit etiam disertus, ut nemo ei Thebanus par esset eloquentia, neque minus concinnus ¹ in brevitate respondendi quam in perpetua oratione ² ornatus. 2 Habuit obtrectatorem Menecliden quemdam indidem Thebis ³, et adversarium in administranda re publica, satis exercitatum in dicendo, ut Thebanum ⁴ scilicet; namque illi genti plus inest virium quam ingenii. 3 Is quod in re militari florere Epaminondam videbat, hortari solebat Thebanos ut pacem bello anteferrent, ne illius imperatoris ⁵ opera desideraretur. Huic ille : « Fallis, inquit, verbo ⁶ cives tuos, quod hos a bello avocas; otii enim nomine servitutem concilias ⁷. 4 Nam paritur pax bello; itaque qui ea diutina ⁸ volunt frui, bello exercitati esse debent. Quare, si principes Græciæ vultis esse, castris est vobis utendum, non palæstra ». 5 Idem ille Meneclides cum huic objiceret, quod liberos non haberet, neque uxorem duxisset, maximeque insolentiam ⁹, quod sibi Agamemnonis belli ¹⁰ glo-

16. **Versuum** : lignes.

1. **Concinnus** : propr^a « bien ajusté »; ici, ingénieux, heureux dans le tour concis de ses répliques.

2. **Perpetua oratione** : discours suivi.

3. **Indidem Thebis** : du même endroit, de Thèbes; c'est-à-dire, de Thèbes comme lui.

4. **Ut Thebanum** : en tant que Thébain, pour un Thébain;

ut a ici un sens restrictif.

5. **Illius imperatoris** : de lui comme général.

6. **Verbo** : par ce mot de paix.

7. **Concilias** : tu leur prépares.

8. **Diutina** : attribut (= *ditu*).

9. **Insolentiam** : après deux prop. complétives, un simple nom pour troisième complément.

10. **Belli** = *bellicam*.

riam videretur ¹¹ consecutus, at ille : « Desine, inquit, Meneclida ¹², de uxore mihi exprobrare; nam nullius in ista re minus uti consilio volo. » — Habebat enim Meneclides suspicionem ¹³ adulterii. — 6 « Quod ¹⁴ autem me Agamemnonem æmulari putas, falleris; namque ille cum universa Græcia vix decem annis unam cepit urbem ¹⁵, ego contra ea ¹⁶ una urbe nostra ¹⁷ dieque uno ¹⁸ totam Græciam, Lacedæmoniis fugatis, liberavi. »

VI. Sa réponse à l'Athénien Callistratè; sa fermeté dans l'assemblée de Sparte.

1 Idem cum ¹ in conventum² venisset Arcadum, petens ut societatem cum Thebanis et Argivis facerent, contraque Callistratus, Atheniensium legatus, qui eloquentia omnes ³ eo præstabat tempore, postularet ut potius amicitiam sequerentur Atticorum ⁴, et in oratione sua multa ⁵ invec-

11. **Haberet, duxisset, videretur** : au subj., paroles de Ménéclidès.

12. **Meneclida** : vocatif.

13. **Habebat suspicionem** : était soupçonné.

14. **Quod** : pour ce qui est de ce que.

15. **Urbem** : Troie.

16. **Contra ea** : v. Préface, n. 19.

17. **Una urbe nostra** : avec notre ville seule, abl. de moyen.

18. **Die uno** : par la victoire de Leuctres.

1. **Cum** commande, outre *venisset* (sujet *Idem*), les trois verbes *postularet*, *invectus esset* et *posuisset*, dont le sujet est *Callistratus*; *posuisset* est suivi des paroles de Callis-

trate, annoncées par *hec* et rapportées en style indirect; la prop. principale ne vient qu'après : *huic in respondendo Epaminondas... admirari se dixit.*

2. **Conventum** : l'assemblée générale des Arcadiens à Mégalopolis.

3. **Omnes** : Népos construit ord^t *praestare* « l'emporter sur » avec l'accusatif. Cette constr. se trouve aussi chez Varron et Tite-Live. La prose classique préfère le datif, qu'emploie aussi Népos, Agés. III, 3.

4. **Atticorum** : cf. p. 80, n. 2.

5. **Multa**. Le latin construit librement avec un verbe transitif, intransitif ou même pas-

tus esset in Thebanos et Argivos, in eisque hoc posuisset, **2** « animum advertere ⁶ debere Arcadas quales utraque civitas cives procreasset, ex quibus de ceteris possent judicare; Argivos enim fuisse Orëstem* et Alcmæonem* matricidas; Thebis Œdipum* natum ⁷, qui, cum patrem suum interfecisset, ex matre liberos procreasset », **3** huic in respondendo Epaminondas, cum de ceteris ⁸ perorasset, postquam ad illa duo ⁹ opprobria pervenit, admirari se dixit « stultitiam rhetoris Attici ¹⁰, qui non animadverterit innocentes illos natos domi, scelere admissio, cum patria essent expulsi, receptos esse ab Atheniensibus ». **4** Sed maxime ejus eloquentia eluxit Spartæ legati ¹¹ ante pugnam Leuctricam*. Quo cum omnium sociorum ¹² convenissent legati, coram frequentissimo legationum conventu sic Lacedæmoniorum tyrannidem coarguit, ut non minus illa oratione opes eorum concusserit quam Leuctrica pugna. Tum enim perfecit, quod post apparuit, ut auxilio Lacedæmonii sociorum privarentur.

VII. Son oubli des injures.

1 Fuisse ¹ patientem suorumque injurias ferentem civium, quod se patriæ irasci nefas esse duceret ²,

sif l'acc. neutre d'un pronom ou de certains adj. exprimant une idée de quantité. Le pronom neutre marque par rapport à quoi l'action a lieu, ou bien il prend (comme ici) une valeur adverbiale. Cf. Virgile : *multa gemens*.

6. Animum advertere = *animadvertere*.

7. Natum : s. ent. *esse*.

8. Ceteris : au neutre, les au-

tres arguments de Callistrate.

9. Duo : contre Argos et contre Thèbes.

10. Rhetoris Attici : périphrase dédaigneuse, au lieu de *ejus*; *rhetor* est pris ici en mauvaise part.

11. Legati : apposition à *ejus*.

12. Sociorum : les alliés de Sparte.

1. Fuisse : s. ent. *eum*.

2. Duceret. On attendrait :

hæc sunt testimonia. Cum eum propter invidiam cives præficere exercitui nolissent, duxque esset delectus belli imperitus, cujus errore eo³ esset⁴ deducta illa multitudo militum ut omnes de salute pertimescerent, quod locorum angustiis⁵ clausi ab hostibus obsidebantur, desiderari cœpta est⁶ Epaminondæ diligentia. Erat enim ibi privatus⁷ numero militis⁸. **2** A quo cum peterent opem, nullam adhibuit memoriam contumeliæ, et exercitum obsidione liberatum domum⁹ reduxit incolumem. **3** Nec vero hoc semel fecit, sed sæpius. Maxime autem fuit illustre¹⁰, cum Peloponnesum¹¹ exercitum duxisset adversus Lacedæmonios haberetque collegas duos, quorum alter erat Pelopidas, vir fortis ac strenuus. Hi cum criminibus adversariorum¹² omnes in invidiam venissent, ob eamque

ou bien *quod.. ducebat* (affirmation de Népos), ou bien *quod... nefas esset* (pensée d'Epaminondas : parce que, pensait-il, c'était...). Le subj. *duceret*, qui propr^t devrait signifier « parce que, pensait-il, il pensait... » est dû à une sorte d'attraction exercée par le tour habituel *quod... esset*. Il y a là une constr. illogique, mais autorisée par l'usage.

3. **Eo... ut** : *eo*, adv. de lieu : là, c'est-à-dire à ce point, à cette situation; annonce *ut... pertimescerent*.

4. **Esset** : attraction modale; *cujus* équivaut à *et cum ejus*.

5. **Locorum angustiis** : m. à m. des étroitesse de lieux, c.-à-d. un défilé.

6. **Cœpta est**. Ce verbe a deux parfaits, l'un à forme active, *coepi*, l'autre à forme

passive, *coeptus sum* : c'est ce dernier qu'on emploie avec un infinitif passif, comme ici. Même règle pour *desii* et *desitus sum*, parf. de *desino*, « cesser ».

7. **Privatus** : sans commandement.

8. **Numero militis** : « comme simple soldat ». *Numero*, à l'abl. sans *in*, et accompagné d'un génitif, signifie : « au rang de, en qualité de, comme ». Cf. *loco*, p. 58, n. 10.

9. **Domum** : à Thèbes.

10. **Fuit illustre** : sujet s. ent. *hoc*, à reprendre de la phrase précédente : « où cet oubli des injures se manifesta avec le plus d'éclat, ce fut ».

11. **Peloponnesum** : acc. sans *in*, v. p. 4, n. 6.

12. **Adversariorum** : ennemis politiques.

rem imperium his esset abrogatum, atque in eorum locum alii prætores ¹³ successissent, 4 Epaminondas populi scito non paruit, idemque ¹⁴ ut facerent persuasit collegis, et bellum, quod susceperat, gessit; namque animadvertibat, nisi id fecisset, totum exercitum propter prætorum imprudentiam inscitiamque belli periturum. 5 Lex erat Thebis, quæ morte multabat, si quis ¹⁵ imperium diutius retinisset quam lege præfinitum foret ¹⁶: hanc Epaminondas, cum rei publicæ conservandæ causa latam videret, ad perniciem civitatis conferre ¹⁷ noluit, et quattuor mensibus diutius quam populus jusserat gessit imperium.

VIII. Il est mis en jugement et absous.

1 Postquam domum reditum est, collegæ ejus hoc crimine ¹ accusabantur. Quibus ille permisit ut omnem causam ² in se ³ transferrent, suaque opera factum ⁴ contenderent ut legi non obædissent. Qua defensione illis periculo liberatis, nemo Epaminondam responsurum putabat, quod, quid diceret ⁵, non haberet ⁶. 2 At ille in judicium

13. **Prætores** : v. p. 10, n. 8.

14. **Idem** : au neutre, compl. de *facerent*.

15. **Si quis** : au cas où qqun; c'est-à-dire quiconque...

16. **Retinisset... præfinitum foret** : le pl. q. pl. du subj. (*foret* = *esset*) remplace le fut. ant. du style direct; la loi disait : *si quis... diutius retinuerit quam... præfinitum erit*.

17. **Conferre** : la faire tourner à; *hanc*, compl. direct. D'autres font de *hanc* le sujet, et entendent *conferre*, pris ab-

sol^t, au sens de « contribuer à ».

1. **Hoc crimine** : de ce chef.

2. **Causam** : la responsabilité.

3. **Se, sua** : réfléchi indirect, renvoyant à *ille*, sujet de la prop. principale.

4. **Factum** (s. ent. *esse*) a pour sujet logique *ut... oboedissent*.

5. **Quid diceret**. On dit également bien, sans grande différence de sens, *non habeo quid dicam*, je ne sais quo diro, et *non habeo quod dicam*, je n'ai rien à dire.

6. **Haberet** : subj., pensée des Thébains.

venit; nihil eorum negavit, quæ a diversarii crimini dabant, omniaque, quæ collegæ dixerant, confesus est, neque recusavit quominus legis pœnam subiret; sed unum ab iis ⁷ petivit, ut in periculo ⁸ suo inscriberent : **3** « Epaminondas a Thebanis morte multatus est, quod eos coegit apud Leuctra* superare Lacedæmonios, quos ante se⁹ imperatorem nemo Bœotorum ausus fuit aspicere in acie, **4** quodque uno prælio non solum Thebas ab interitu retraxit, sed etiam universam Græciam in libertatem vindicavit, eoque¹⁰ res utrorumque perduxit ut Thebani Spartam oppugnarent, Lacedæmonii satis haberent ¹¹, si salvi esse possent, **5** neque prius bellare destitit quam, Messene restituta, urbem eorum obsidione clausit ». Hæc cum dixisset, risus omnium cum hilaritate coortus est, neque quisquam iudex ausus est de eo ferre suffragium. Sic a iudicio capitis maxima discessit gloria.

IX. Sa mort à la bataille de Mantinée.

1 Hic extremo tempore imperator apud Mantineam cum acie instructa audacius instaret hostes¹,

7. **Ab iis** : les juges, dont l'idée est suggérée par *iudicium* (syllepse).

8. **Periculo** : protocole, procès-verbal d'un jugement; sens rare, mais qui se retrouve ailleurs. Cicéron (*Verrines*, III, 79, 183) dit de l'ordre des greffiers qu'il est honorable parce qu'on remet à leur foi les registres publics et les procès-verbaux des magistrats, *tabulae publicæ periculaque magistratuum*.

9. **Ante se** : emploi incorrect

du réfléchi; *se* ne serait régulier que si la prop. représentait la pensée d'Epaminondas, ce qui n'est pas, puisque le verbe est à l'indicatif (*ausus fuit*). Aussi a-t-on proposé la correction : *ausus fuisset*.

10. **Eoque... ut** : v. VII, n. 3.

11. **Satis haberent** : regardèrent comme suffisant, se trouvèrent heureux de...

1. **Hostes**. Népos construit *instare* « presser » avec l'accusatif; la prose classique préfère le datif.

cognitus² a Lacedæmoniis, quod in unius³ pernicie ejus patriæ sitam putabant salutem, universi in unum impetum fecerunt, neque prius abscesserunt quam, magna cæde facta multisque occisis, fortissime ipsum Epaminondam pugnantem, sparo* eminus percussum, concidere viderunt. **2** Hujus casu aliquantum retardati sunt Bœotii, neque tamen prius pugna excesserunt quam repugnantes⁴ profligarunt. **3** At Epaminondas, cum animadverteret mortiferum se vulnus accepisse, simulque, si ferrum, quod ex hastili⁵ in corpore remanserat, extraxisset, animam statim emissurum, usque eo retinuit⁶, quoad renuntiatum est vicisse Bœotios⁷. **4** Id postquam audivit : « Satis, inquit, vixi; invictus enim morior ». Tum, ferro extracto, confestim exanimatus est.

X. Il répond au reproche qu'on lui adresse de ne point laisser d'enfants; son horreur pour la guerre civile.

1 Hic uxorem nunquam duxit. In quo cum reprehenderetur, quod liberos non relinqueret¹,

2. Cognitus... fecerunt : anacoluthie. La prop. principale commence logiquement avec *cognitus*, et le verbe devrait avoir pour sujet Epaminondas; mais après la prop. incidente *quod... putabant*, Népos, perdant de vue *cognitus*, donne brusquement à sa phrase un autre tour en faisant des Lacédémoniens le sujet : *in unum* (s. ent. *eum*) *impetum fecerunt*. Il en résulte que *cognitus*, au nomin., reste en l'air. On peut sans doute grammati-

quement le rattacher à ce qui précède (*instaret*); mais, pour le sens, c'est moins naturel.

3. Unius.. ejus : *unius* est mis en relief par la disjonction.

4. Repugnantes : accusatif, s. ent. *Lacedaemonios*.

5. Ex hastili : (s'étant détaché) du bois.

6. Retinuit : s. ent. *ferrum*.

7. Bœotios : sujet.

1. Relinqueret : au subj., pensée de celui qui fait le reproche.

a Pelopida, qui filium habebat infamem, maleque eum in eo patriæ consulere diceret ², « Vide, inquit, ne tu pejus consulas, qui talem ex te natum relicturus sis ³. **2** Neque verò stirps potest mihi deesse; namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam ⁴, quæ ⁵ non modo mihi superstes, sed etiam immortalis sit necesse est ». **3** Quo tempore, duce Pelopida, exsules* Thebas occuparunt et præsidium Lacedæmoniorum ex arce expulerunt, Epaminondas, quamdiu facta est cædes civium, domo ⁶ se tenuit, quod neque defendere malos ⁷ volebat neque impugnare, ne manus suorum sanguine cruentaret; namque omnem civilem ⁸ victoriam funestam ⁹ putabat. Idem, postquam apud Cadmeam* cum Lacedæmoniis pugnari ¹⁰ cœptum est, in primis stetit. **4** Hujus de virtutibus vitæque satis erit dictum, si hoc unum adjunxero, quòd nemo ibit infitias ¹¹, Thebas et ante Epaminondam natum

2. Diceret : sujet Pélopidas; sur ce brusque changement de sujet, v. p. 24, n. 5.

3. Qui.. sis : relative de sons causal, d'où le subj.

4. Leuctricam. D'après la tradition, il aurait parlé de deux filles, Leuctres et Mantinée.

5. Quæ... sit : dépend de *necesse est*, qui se construit avec le subj. sans *ut*.

6. Domo. Dans cette expression, *domo* n'est pas un abl. de lieu sans *in*, mais un abl. d'instrument ou de moyen. On la retrouve dans Cicéron, et elle est à rapprocher de locutions telles que *tenere castris*, *includere carcere*, etc. Ailleurs (Dion, IX, 1) Népos

a employé le locatif : *domi se tenere*.

7. Malos : les mauvais citoyens, qui avaient pactisé avec l'étranger.

8. Civilem : remportée sur des concitoyens.

9. Funestam : voilée de deuil.

10. Pugnari : passif impersonnel; pour *cœptum est*, v. VII, n. 6.

11. Ibit infitias = *infitiabitur*. Le latin archaïque construisait à l'acc. sans préposition, à la question *quo*, non seulement *domum* et *rus*, mais d'autres noms communs : *exsequias ire*, aller à un enterrement; *alicui suppetias ire*, aller au secours de qqun; *infittias ire*, m. à m. se por-

et post ejusdem interitum perpetuo alieno paruisse imperio, contra ea, quamdiu ille præfuerit rei publicæ, caput fuisse totius Græciæ. Ex quo intellegi potest unum hominem pluris ¹² quam civitatem fuisse.

XVI. PELOPIDAS

I. Les Lacédémoniens s'emparent de la Cadmée. Exil de Pélopidas.

1 Pelopidas, Thebanus, magis historicis ¹ quam vulgo notus. Cujus de virtutibus dubito ² quemadmodum exponam ³, quod vereor, si res explicare ⁴ incipiam, ne non vitam ejus enarrare, sed historiam videar scribere; si tantummodo summas ⁵ attigero, ne rudibus Græcarum litterarum minus dilucide appareat, quantus fuerit

ter à l'action de nier, c'est-à-dire nier. Ces locutions sont restées dans la langue familière. **Ibit** est une correction pour *it* des mss.

12. **Pluris fuisse** : « valait plus »; génit. de prix avec *esse* signifiant « valoir », cf. p. 82, n. 2.

1. **Historicis** : les hommes versés dans la connaissance de l'histoire.

2. **Dubito quemadmodum** ; je me demande comment.

3. **Exponam** : subj. délibératif, v. page 5, n. 11. Pour

exponere construit avec *de* et abl., cf. Préface, 8.

4. **Res explicare** : entrer dans le détail des faits.

5. **Summas** : s. ent. *res*, littéral¹ « les faits à la surface », comme *summa aqua* = la surface de l'eau; donc, superficiellement, sommairement, sans aller au fond. D'autres entendent : « les faits essentiels, les plus importants », mais c'est l'expr. tout entière *summas attigero*, et non pas seulement *attigero*, qui paraît s'opposer à *res explicare*.

ille vir. Itaque utrique rei⁶ occurram, quantum potuero, et medebor⁷ cum satietati tum ignorantiae lectorum.

2 Phœbidas* Lacedæmonius, cum exercitum Olynthum* duceret iterque per Thebas faceret, arcem oppidi, quæ Cadmea* nominatur, occupavit impulsu perpauorum⁸ Thebanorum, qui, adversariæ factioni quo⁹ facilius resisterent, Laconum rebus studebant¹⁰; idque suo privato, non publico fecit consilio. 3 Quo facto eum Lacedæmonii ab exercitu removerunt, pecuniaque multarunt; neque eo magis¹¹ arcem Thebanis reddiderunt, quod, susceptis inimicitiis¹², satius¹³ ducebant eos obsideri¹⁴ quam liberari. Nam post Peloponnesium bellum Athenasque devictas cum Thebanis sibi rem esse¹⁵ existimabant, et eos esse solos qui adversus¹⁶ resistere audent. 4 Hac mente amicis suis summas potestates¹⁷ dederant, alte-

6. **Rei** : inconvéniént.

7. **Medebor**. Il s'efforcera d'y remédier, en n'en disant ni trop (ce qui serait fastidieux pour le lecteur informé) ni trop peu (ce qui ne satisferait pas le lecteur ignorant).

8. **Perpauorum** : les oligarques; *adversariæ factioni*, le parti démocratique.

9. **Quo facilius** : v. Milt. VI, p. 12, n. 3.

10. **Rebus studebant** : v. Lys. I, p. 54, n. 14.

11. **Neque eo magis** : ils n'en rendirent pas plus pour cela.

12. **Susceptis inimicitiis** : s'étant attiré l'inimitié (des Thébains). Tel est le sens ordinaire de *suscipere* dans cette expression : « s'exposer à, encourir » (Cicéron, *Fam.* II,

18, 2; *de Off.* I, 9, 28; *de har. resp.*, 4,7). Au contraire, dans la vie de Datamo, IX, 1, *suscipere odium* = « concevoir de la haine ». — *Inimicitia* s'emploie ord^t au pluriel.

13. **Satius** : préférable, plus sûr (pour eux).

14. **Obsideri**. Il ne s'agit pas d'un siège, d'un blocus, au sens propre du mot, mais d'une surveillance, au point de vue politique. Les Thébains seraient tenus en respect par la garnison lacédémonienne de la Cadmée et ainsi n'auraient pas la liberté de leurs mouvements.

15. **Sibiremesse** : avoir affaire.

16. **Adversus** : en face.

17. **Summas potestates** : les magistratures.

riusque factionis principes partim interfecerant, alios in exilium ejecerant; in quibus Pelopidas hic, de quo scribere exorsi sumus, pulsus patria carebat.

II. Il revient à Thèbes avec quelques bannis.

1 Hi fere omnes Athenas se contulerant, non quo¹ sequerentur otium, sed ut, quem² ex proximo³ locum fors obtulisset, eo patriam recuperare niterentur. 2 Itaque cum tempus est visum rei gerendæ, communiter cum iis, qui Thebis idem sentiebant⁴, diem delegerunt ad inimicos opprimendos civitatemque liberandam eum, quo maximi magistratus⁵ simul consuerant epulari. 3 Magnæ sæpe res non ita⁶ magnis copiis sunt gestæ; sed profecto nunquam tam ab tenui⁷ initio tantæ opes sunt profligatæ. Nam duodecim adolescentuli coierunt ex iis qui exilio erant multati, cum omnino non essent amplius centum⁸ qui tanto

1. **Non quo** : ou bien « non pour que » (*quo* final = *ut eo*), ou bien « non que » (*non quo* causal = *non quod*, toujours avec le subj.).

2. **Quem... locum... eo** = *eo loco quem*; l'antécédent est exprimé dans la relative, où il se met au cas du relatif; *eo* (*loco*), abl. de temps ou de moyen : « à la faveur de l'occasion que le hasard leur aurait offerte ».

3. **Ex proximo** : locution adverbiale formée d'une prép. et d'un adj. neutre pris substantiv^t : « de l'endroit le plus proche ». D'autres l'entendent au sens temporel et considèrent que *ex proximo*, à côté de *locum*, équivaut à l'adj.

proximum : « la prochaine occasion ». La première explication semble préférable, tant à cause de *ex quo* pour la suite des idées : ils se rendent à Athènes afin d'être à proximité et de pouvoir ainsi profiter d'une occasion.

4. **Sentiebant** : v. p. 96, n. 1.

5. **Magistratus** : les polémiques. C'était le jour des Aphrodisies ou fête de Vénus (Aphrodite).

6. **Non ita magnis** : pas tellement (pas bien) grandes; cf. p. 39, n. 6.

7. **Tam ab tenui** = *ab tam tenui*.

8. **Amplius centum** : v. p. 24, n. 7; *qui se offerrent*, pour s'exposer.

se offerrent periculo. Qua paucitate percussa⁹ est Lacedæmoniorum potentia. 4 Hi enim non magis adversariorum factioni quam Spartanis eo tempore bellum intulerunt, qui principes erant totius Græciæ; quorum imperii majestas, neque ita¹⁰ multo post, Leuctrica pugna ab hoc initio percussa concidit¹¹. 5 Illi igitur duodecim, quorum dux erat Pelopidas, cum Athenis interdii exissent, ut vesperascente cælo Thebas possent pervenire, cum canibus venaticis exierunt retia ferentes, vestitu agresti, quo¹² minore suspicione facerent iter. Qui cum tempore ipso quo studuerant¹³ pervenissent, domum Charonis¹⁴ deverterunt¹⁵, a quo et tempus et dies erat datus.

III. Il rend la liberté à sa patrie.

1 Hoc loco libet¹ interponere, etsi sejunctum ab re proposita est, nimia fiducia quantæ calamitati soleat esse. Nam magistratum Thebanorum statim ad aures pervenit exules in urbem venisse. Id illi, vino epulisque dediti, usque eo despexerunt ut ne quærere² quidem de tanta re laborarent. 2 Accessit etiam quod³ magis ape-

9. **Percussa** : fortement ébranlée. Le mot est repris plus bas : *ab hoc initio percussa*, précisément pour désigner la même chose. Certains mss inférieurs ont *percutsa*.

10. **Neque ita multo** : v. note 6.

11. **Leuctrica pugna concidit** : ébranlée à la suite de ce début (*ab hoc initio percussa*), c'est-à-dire par ce premier coup, elle s'écroula à Leuctres; la bataille de Leuctres lui porta le coup de grâce.

12. **Quo minore** : v. p. 12, n. 3.

13. **Quo studuerant** : s. ent. *pervenire*.

14. **Domum Charonis** : chez Charon; v. p. 22, n. 2.

15. **Deverterunt** : allèrent loger. Correction de Lambin pour *devenerunt*.

1. **Libet** : s. ent. *mihî; sejunctum*, s. ent. *id*; *ab re proposita*, de mon dessein (de raconter la vie de P.).

2. **Quærere** : s'informer.

3. **Accessit quod...** : une

riret eorum dementiam. Allata est enim epistula Athenis ab ⁴ Archino uni ex his, Archiæ, qui tum maximum magistratum Thebis obtinebat, in qua omnia de protectione eorum ⁵ perscripta erant. Quæ cum jam accubanti ⁶ in convivio esset data, sicut erat signata ⁷, sub pulvinum subjiciens : « In crastinum, inquit, differo res severas ». **3** At illi omnes, cum jam nox processisset, vinolenti ab exsulibus, duce Pelopida, sunt interfecti. Quibus rebus confectis, vulgo ad arma libertatemque vocato, non solum qui in urbe erant, sed etiam undique ex agris concurrerunt, præsidium Lacedæmoniorum ex arce pepulerunt, patriam obsidione liberarunt, auctores ⁸ Cadmæ occupandæ partim occiderunt, partim in exilium ejecerunt.

IV. La délivrance de Thèbes lui appartient en propre; il accomplit ses autres exploits avec Épaminondas.

1 Hoc tam turbido tempore, sicut supra ¹ docuimus, Epaminondas, quoad cum civibus dimicatum est, domi quietus fuit. Itaque hæc liberandarum Thebarum propria laus est Pelopidæ, ceteræ fere omnes communes cum Epaminonda. **2** Namque Leuctrica pugna, imperatore ² Epaminonda, hic fuit dux delectæ manus ³, quæ prima phalangem prostravit Laconum. **3** Omnibus

circumstances'ajouta de nature à (*quod = tale ut*), d'où le subj. *aperiret*.

4. **Ab** : de la part de.

5. **Eorum** : des exilés.

6. **Acubanti** : les anciens prenaient leurs repas, couchés sur des lits.

7. **Sicut erat signata** : « cachetée comme elle était ».

c'est-à-dire sans l'ouvrir. Ceci se rattache à *subjiciens*, s. ent. *cam*.

8. **Auctores** : ceux qui avaient donné le conseil, les instigateurs.

1. **Supra** : Epam. X, 3.

2. **Imperatore** : général en chef.

3. **Delectæ manus** : v. Index, *Bataillon sacré*.

præterea periculis ⁴ adfuit (sicut ⁵ Spartam cum oppugnavit ⁶, alterum tenuit cornu ⁷), quoque ⁸ Messena* celerius restitueretur, legatus in Persas ⁹ est profectus. Denique hæc ¹⁰ fuit altera persona Thebis, sed tamen secunda ¹¹, ita ut ¹² proxima esset Epaminondæ.

V. Pélopidas en Thessalie; sa mort.

1 Conflictatus ¹ autem est cum adversa fortuna. Nam et initio, sicut ostendimus, exsul patria caruit et, cum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere legationisque jure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset ², a tyranno Alexandro Pheræo* simul cum Ismenia comprehensus, in vincla conjectus est. **2** Hunc Epaminondas recuperavit ³, bello persequens Alexandrum. Post

4. **Periculis** : s. ent. *Epaminondæ*.

5. **Sicut** : par exemple.

6. **Oppugnavit** : sujet Epaminondas. Cf. p. 24, n. 5.

7. **Cornu** : l'aile d'une armée, quand elle est formée d'infanterie; quand elle l'est de cavalerie, on emploie *ala*.

8. **Quoque** = *et quo*.

9. **In Persas** : en Perse. Les noms de peuples s'emploient souvent pour les noms de pays : *in Sabinis* (Cato, I, 1), dans le pays des Sabins; *per Ligures* (Hann. IV, 2), par la Ligurie.

10. **Hæc** : au fém. par attraction; *persona*, v. Préface, n. 5.

11. **Alter... secunda**. *Alter*, « l'un des deux, l'autre », sans idée d'infériorité; *secunda*,

« deuxième, qui est au second rang ».

12. **Ita ut** = *ita tamen ut*, sens restrictif : il ne fut que le second, mais très près du premier.

1. **Conflictatus est**. *Conflictari* peut se construire soit comme déponent avec *cum* et l'abl. : ici, *cum adversa fortuna* (cf. Térence, *Andr.* 93; Cicéron, *de har. resp.* 19, 41); soit comme passif avec l'abl. : Dion, II, 4 *morbo*; Timol. I, 2 *fortuna*. Le sens ne change pas notablement d'une constr. à l'autre : « être aux prises avec, avoir à lutter contre, être en butte à ».

2. **Consuesset** : au subj., pensée de Pélopidas.

3. **Recuperavit** : reprit,

id factum⁴ nunquam animo placari potuit in eum, a quo erat violatus. Itaque persuasit Thebanis ut subsidio Thessaliæ proficiscerentur tyrannosque⁵ ejus expellerent. **3** Cujus belli cum ei summa⁶ esset data eoque cum exercitu profectus esset, non dubitavit, simul ac conspexit hostem, conflagrare. **4** In quo prælio Alexandrum ut animadvertit, incensus ira, equum in eum concitavit, proculque digressus a suis, conjectu telorum confossus concidit. Atque hoc secunda victoria⁷ accidit; nam jam inclinatæ erant tyrannorum copiæ. **5** Quo facto omnes Thessaliæ civitates interfectum Pelopidam coronis aureis et statuâ aëneis, liberosque ejus multo agro donarunt.

XVII. AGESILAUS

I. Démètés d'Agésilas avec Léotyclide pour la succession au trône.

1 Agesilaus Lacedæmonius cum a ceteris scriptoribus, tum eximie a Xenophonte* Socratico collaudatus est; eo enim usus est¹ familiarissime.

délivra. Ce verbe s'emploie rarement avec un compl. de personne.

4. Id factum : son emprisonnement.

5. Tyrannos : Alexandre, sa famille et son parti.

6. Summa ; la haute direction, le commandement en chef.

7. Secunda victoria : abl. absolu sans participe, « la victoire (lui étant) favorable ».

1. Eo usus est. Uti avec l'abl. d'un nom de personne et un adverbe tel que *multum* ou *familiariter* signifie : « avoir avec qqn des relations fréquentes, intimes ».

2 Hic primum de regno cum Leotychide, fratris filio, habuit contentionem. Mos erat enim a majoribus Lacedæmoniis² traditus, ut duos haberent semper reges, nomine magis quam imperio³, ex duabus familiis Procli⁴ et Eurysthenis, qui principes⁵ ex progenie Herculis Spartæ reges fuerunt. 3 Horum⁶ ex altera in alterius⁷ familiæ locum fieri non licebat; ita utraque suum retinebat ordinem⁸. Primum ratio habebatur, qui maximus natu esset⁹ ex liberis ejus qui regnans decessisset¹⁰; sin is virilem sexum¹¹ non reliquisset¹², tum deligebatur qui proximus esset propinquitate. 4 Mortuus erat Agis rex, frater Agesilai; filium reliquerat Leotychidem, quem ille natum¹³ non

2. **Lacedaemoniis** : datif.

3. **Nomine... imperio** : (fois) par le titre plus que par le pouvoir, de nom plus que de fait. V. Index, *Ephores*.

4. **Procli** : génit. de *Procles*, v. page 17, n. 1.

5. **Principes** : les premiers.

6. **Horum** : Proclès et Eurysthène.

7. **Alter... alterius** : un membre de l'une des deux familles ne devait pas prendre la place d'un membre de l'autre, c'est-à-dire qu'il ne pouvait y avoir sur le trône deux rois de la même branche, tant que l'une des deux n'était pas éteinte. *Fieri*, s. ent. *regem*.

8. **Suum ordinem** : son ordre propre de succession; aucun des membres d'une même famille ne pouvait être déposé par des parents, même plus proches, appartenant à l'autre.

9. **Qui maximus natu esset** :

interrog. indirecte, *qui* étant mis pour *quis* (cf. Att. XVIII, 3, n. 7), d'où le subj. — Mais on pourrait aussi voir dans *qui* un relatif, avec ellipse de l'antécédent : *ratio habebatur* (ejus) *qui...*, on tenait compte de celui qui...; cf. Dion VIII, 4 *conveniunt* (eum) *cujus* (note 14); IX, 5, *vita* (eorum) *qui* (note 17). Il y aurait alors parallélisme entre *Primum ratio habebatur qui* et *tum deligebatur qui* dans la phrase suivante : ici, comme là, *esset* serait un subj. de répétition, cf. p. 59, n. 4. *Rationem habere*, tenir compte de, prendre en considération.

10. **Decessisset** : attraction modale.

11. **Virilem sexum** : des enfants du sexe masculin.

12. **Reliquisset** : subj. de répétition.

13. **Natum** : à sa naissance.

agnorat, eundem moriens suum esse dixerat. Is de honore regni cum Agesilao, patruo suo, contendit, neque id quod petivit consecutus est ; 5 nam Lysandro suffragante, homine, ut ostendimus supra ¹⁴, factioso et his temporibus potente ¹⁵, Agesilaus antelatus est.

II. Son expédition en Asie.

1 Hic, simul atque imperii¹ potitus est, persuasit Lacedæmoniis ut cum exercitu se mitterent in Asiam bellumque regi² facerent, docens satius esse in Asia quam in Europa dimicari; namque fama exierat Artaxerxen* comparare classes pedestresque exercitus, quos in Græciam mitteret. 2 Data potestate, tanta celeritate usus est, ut prius in Asiam cum copiis pervenerit quam regii satrapæ eum scirent profectum; quo factum est ut omnes imparatos imprudentesque³ offenderet. 3 Id ut cognovit Tissaphernes*, qui summum imperium tum inter præfectos habebat regios, indutias a Lacone⁴ petivit, simulans se dare operam ut Lacedæmoniis cum rege conveniret⁵, re autem vera ad copias comparandas, easque⁶ impetravit trimestres. 4 Juravit autem uterque se sine dolo⁷ indutias conservaturum. In qua pactione summa fide mansit Agesilaus; contra

14. **Supra** : Vio de Lysandro, ch. I.

15. **Potente**. Les adjectifs font plus ord^t leur abl. en -i.

1. **Imperii potitus** : v. p. 54, n. 12.

2. **Regi**. On trouve plus souvent *cum rege*, ou *adversus regem*.

3. **Imparatos**, au dépourvu; **imprudentes**, à l'improvisto.

4. **Lacone** : Agésilas.

5. **Conveniret**, impersonnel : pour qu'un accord intervint.

6. **Easque** : *eas* se rapporte à *indutias*.

7. **Sine dolo** : sans mauvaise foi, loyalement.

ea Tissaphernes nihil aliud quam ⁸ bellum comparavit. **5** Id etsi sentiebat Laco, tamen jusjurandum servabat, multumque in eo ⁹ se consequi dicebat, quod Tissaphernes perjurio suo et homines suis rebus ¹⁰ abalienaret ¹¹ et deos sibi iratos redderet; se autem, conservata religione ¹², confirmare exercitum, cum animadverteret ¹³ deum numen facere secum ¹⁴, hominesque sibi conciliare ¹⁵ amiciores, quod iis studere consuissent ¹⁶, quos conservare fidem viderent.

III. Il déjoue tous les plans du satrape Tissapherne.

1 Postquam indutiarum præterit dies, barbarus ¹, non dubitans, quod ipsius erant plurima domicilia ² in Caria et ea regio his temporibus multo putabatur locupletissima, eo potissimum hostes impetum facturos ³, omnes suas copias eo contraxerat. **2** At Agesilaus in Phrygiam* se convertit, eamque prius depopulatus est quam Tissaphernes usquam se moveret ⁴. Magna præda

8. Nihil aliud quam comparavit : locution elliptique pour *nihil aliud egit quam comparavit*, en français : ne fit que préparer. L'expr. complète se trouve Hann. X, 1.

9. In eo : en cela, c'est-à-dire par cette loyauté.

10. Suis rebus : ses intérêts. *Abalienare*, construit ici avec l'abl., se construit plus ord^t avec *ab*.

11. Abalienaret, redderet : au subj., pensée d'Agésilas.

12. Religione : serment.

13. Animadverteret : sujet *exercitus*; *deum*, génit. plur.

14. Facere secum. Facere cum aliquo, être pour qqun, être de son parti; *secum*, avec eux, c'est-à-dire avec elle (l'armée) et son chef.

15. Conciliare fait suite à *confirmare*; sujet *se*.

16. Consuissent : au subj., pensée d'Agésilas; de même *viderent*.

1. Barbarus : Tissapherne.

2. Domicilia : résidences.

3. Facturos : pour la prop. infin. après *non dubito*, v. Préface, n. 1.

4. Prius... quam... se moveret : avant que T. eût le temps de bouger, d'où le subj.

militibus locupletatis, Ephesum* hiematum exercitum reduxit atque ibi, officinis armorum institutis, magna industria bellum apparavit; et quo studiosius armarentur insigniusque ornarentur⁵, præmia proposuit, quibus donarentur⁶ quorum egregia in ea re fuisset⁷ industria. **3** Fecit idem in exercitationum generibus⁸, ut, qui ceteris præstitissent, eos magnis afficeret muneribus. His igitur rebus effecit ut et ornatissimum et exercitatissimum haberet exercitum. **4** Huic cum tempus esset visum copias extrahere⁹ ex hibernaculis, vidit, si, quo¹⁰ esset iter facturum, palam pronuntiasset, hostes non credituros, aliasque regiones præsidii occupaturos, neque dubituros aliud eum facturum¹¹ ac pronuntiasset. **5** Itaque cum ille Sardis¹² iturum se dixisset, Tissaphernes eandem Cariam defendendam putavit. In quo cum eum opinio fefellisset, victumque se vidisset consilio¹³, sero suis præsidio profectus est. Nam cum illo venisset, jam Agesilaus, multis locis expugnatis, magna erat præda potitus. **6** Laco

5. **Armarentur ... ornarentur**, passif de sens réfléchi : « s'armer, s'équiper ».

6. **Quibus donarentur** : subj. d'intention; *donarentur*, sujet s. ent. *ii*, antécédent de *quorum*.

7. **Fuisset** : au subj., pensée d'Agésilas en instituant ces prix; le pl. q. pf. correspond à un fut. ant. du style direct : « *præmiis donabuntur* (ii) *quorum egregia... fuerit industria* ».

8. **Generibus** : les divers genres.

9. **Extrahere**. On dit *tempus est agere* ou *agendi*.

10. **Vidit si quo...** Construisez : *vidit, si palam pronuntiasset quo esset facturum iter, hostes...*

11. **Eum facturum**. Pour la prop. infinit., voir plus haut *facturos* (note 3). *Eum* est dit du point de vue des ennemis (*hostes*), sujet de *dubituros* (*esse*); *se* serait tout aussi correct, mais du point de vue d'Agésilas, sujet de la prop. principale (*vidit*).

12. **Sardis** : cf. p. 10, n. 1.

13. **Consilio** : abl. de relation, « sous le rapport de » ; vaincu (surpassé) en habileté.

autem, cum videret hostes equitatu superare ¹⁴, nunquam in campo sui fecit potestatem ¹⁵, et iis locis manum conseruit, quibus ¹⁶ plus pedestres copiae valerent. Pepulit ergo, quotiescumque congressus est, multo majores adversariorum copias, et sic in Asia versatus est, ut omnium opinione victor duceretur.

IV. Il est rappelé en Grèce; bataille de Coronée;
son respect pour les temples.

1 Hic cum jam animo meditaretur proficisci in Persas ¹ et ipsum regem adoriri, nuntius ei domo venit ephorum missu, « bellum Athenienses et Bœotios* indixisse Lacedæmoniis; quare venire ne dubitaret ² ». 2 In hoc non minus ejus pietas ³ suspicienda est quam virtus bellica. Qui cum victori præset exercitui maximamque haberet fiduciam regni Persarum potiundi ⁴, tanta modestia dicto audiens ⁵ fuit jussis absentium magistratum.

14. **Superare** est ici intransitif : « l'emporter ».

15. **Sui fecit potestatem** : donner prise sur soi, se laisser approcher.

16. **Iis locis quibus** : « en des lieux tels que », d'où le subj.

rator proficiscens Carthagine, Jovi¹¹ Optimo Maximo hostias immolavit. 4 Quæ divina res dum cōficiēbatur¹², quæsivit a me vellemne secum in castra proficisci. Id cum libenter accepissem, atque ab eo petere cœpissē ne dubitaret ducere, tum ille : « Faciam, inquit, si mihi fidem¹³, quam posulo, dederis ». Simul me ad aram adduxit, apud quam sacrificare instituerat, eamque, ceteris remotis, tenentem¹⁴ jurare jussit nunquam me in amicitia cum Romanis fore. 5 Id ego jusjurandum patri datum usque ad hanc ætatem ita conservavi, ut nemini dubium esse debeat quin reliquo tempore eadem mente sim futurus. 6 Quare, si quid amice de Romanis cogitabis, non imprudenter feceris¹⁵, si me celaris; cum quidem¹⁶ bellum parabis, te ipsum frustraberis, si non me¹⁷ in eo principem posueris ».

III. Il soumet l'Espagne et passe en Italie.

1 Hac igitur, qua diximus¹, ætate cum patre in Hispaniam profectus est. Cujus post obitum,

11. **Jovi.** Le Jupiter des Carthaginois s'appelait Baal. Les Romains donnaient aux dieux étrangers les noms de leurs propres dieux en tenant compte de certains traits communs. Ainsi en fut-il des dieux grecs : Zeus-Jupiter, Héra-Junon, Poseidon-Nephtune, Arès-Mars, Athèna-Minerve, Aphrodite-Vénus, etc.

12. **Dum conficiebatur.** *Dum* signifiant « tandis que, pendant que » — et non pas « pendant tout le temps que » — se construit régulièrement avec le présent de l'indic.,

quel que soit le temps du verbe principal. L'impf. ici est peu correct.

13. **Fidem** : la parole.

14. **Tenentem** : s. ent. *me*. Le serment était ainsi plus solennel.

15. **Feceris, si... celaris** : pour l'emploi du fut. ant. dans la prop. principale, cf. Agès. V, p. 128, n. 8.

16. **Cum quidem** : mais quand.

17. **Si non me** : si ce n'est pas moi que... (d'où *si non*, et non *nisi*); *principem ponere*, mettre à la tête.

1. **Qua diximus** : s. ent.

Hasdrubale imperatore ² suffecto, equitatu omni præfuit. Hoc quoque interfecto, exercitus summam imperii ad eum detulit ³. Id, Carthaginem delatum ⁴, publice comprobatum est. **2** Sic Hannibal, minor quinque et viginti annis natus ⁵ imperator factus, proximo triennio omnes gentes Hispaniæ bello subegit; Saguntum*, fœderatam* civitatem, vi expugnavit; tres exercitus maximos comparavit. **3** Ex his unum in Africam misit, alterum cum Hasdrubale fratre in Hispania reliquit, tertium in Italiam secum duxit. Saltum Pyrenæum transiit. Quacumque iter fecit, cum omnibus incolis conflixit; neminem nisi victum dimisit. **4** Ad Alpes posteaquam venit, quæ Italiam ab Gallia sejungunt, quas nemo ⁶ unquam cum exercitu ante eum præter Herculem Graium transierat (quo facto ⁷ is hodie saltus Graius ⁸ appellatur), Alpico, conantes prohibere transitu, concidit, loca patefecit, itinera muniit, effecit ut ea ele-

eum profectum esse; cf. Epam. II, p. 102, n. 1.

2. Imperatore : attribut, « comme général en chef ».

3. Detulit : déléra. L'armée nommait son général sous réserve de la ratification par le gouvernement.

4. Delatum : apporté, annoncé; *detulit... delatum*, jeu de mots.

5. Minor quinque... annis natus. Népos pouvait dire soit : *minor quam quinque... annos natus* ou, avec ellipse de *quam* après *minor* comme après *minus* (cf. p. 24, n. 7), *minor quinque... annos natus*, m. à m. « moins âgé (que) âgé de... » (*annos*, acc. de durée avec

natus); soit : *minor quinque... annis*, sans *natus* (*annis*, abl. complément du comparatif). L'expression dont il s'est servi, où l'on a à la fois *minor* suivi de l'abl. et *natus*, est une sorte de contamination, peu régulière, des deux tournures.

6. Nemo. Népos oublie les Gaulois.

7. Quo facto : par suite de quoi.

8. Saltus Graius : les Alpes Grées. En réalité, ce nom n'a rien à voir avec la légende du passage des Alpes par l'Hercule grec. Il est d'origine celtique et vient d'un mot qui signifie : gris.

phantus ornatus⁹ ire posset, qua antea unus homo inermis vix poterat reperere. Hac copias traduxit in Italiamque pervenit.

IV. Victoires du Rhône, du Pô, de la Trébie,
de Trasimène et de Cannes.

1 Conflixerat apud Rhodanum cum P. Cornelio* Scipione consule cumque pepulerat. Cum hoc eodem Clastidi¹ apud Padum decernit, sauciumque inde ac fugatum dimittit. **2** Tertio idem Scipio cum collega Ti. Longo apud Trebiam* adversus eum venit; cum his manum conseruit, utrosque² profligavit. Inde per Ligures*³ Appenninum transiit, petens Etruriam. **3** Hoc itinere adeo gravi morbo afficitur oculorum, ut postea nunquam dextro æque bene usus sit. Qua valetudine⁴ cum etiamnum⁵ premeretur lecticaque ferretur, C. Flaminium consulem apud Trasumennum⁶ cum exercitu insidiis circumventum occidit, neque multo post C. Centenium prætorem⁷ cum delecta manu saltus occupantem. **4** Hinc⁸ in Apuliam pervenit.

9. **Ornatus** : tout équipé.

1. **Clastidi** : génit. en -i, pour -ii, cf. p. 42, n. 7. Le locatif du nom de ville, au lieu de l'acc. avec *ad* ou *apud*, est ici peu correct, la bataille ayant eu lieu, non dans la ville, mais aux environs. Au reste, le combat dont il s'agit se livra, non à Clastidium, sur la rive droite du Pô, mais sur le Tessin (*apud Ticinum*), affluent de gauche (en 218). Hannibal ne prit Clastidium qu'après.

2. **Utrosque** : pour *utrumque* cf. p. 140, n. 4.

3. **Per Ligures** : le nom du peuple pour le nom de pays, cf. p. 120, n. 9.

4. **Valetudine** : infirmité, cf. p. 144, n. 4.

5. **Etiamnum** : propr^t « encore maintenant », comme *etiam nunc*; ici, en parlant du passé, est mis pour *etiam tum*.

6. **Trasumennum** :auj. lac de Pérouse; en 217.

7. **Prætorem** : il n'était en réalité que *legatus pro prælore*, c'est-à-dire lieutenant du consul Servilius, le collègue de Flaminius.

8. **Hinc**. A partir d'ici, la

Ibi obviam ei venerunt duo consules, C. Terentius* et L. Æmilius*. Utriusque exercitus uno prælio fugavit; Paullum⁹ consulem occidit, et aliquot præterea consulares, in his Cn. Servilium Geminum, qui superiore anno fuerat consul.

V. Il trompe Fabius par un stratagème; il bat et tue Sempronius Gracchus et Marcellus.

1 Hac pugna pugnata¹ Romam profectus est², nullo resistente. In propinquis urbi montibus moratus est. Cum aliquot ibi dies castra habuisset et Capuam reverteretur, Q. Fabius* Maximus, dictator Romanus, in agro Falerno* ei se objecit. **2** Hic, clausus locorum angustiis³, noctu sine ullo detrimento exercitus se expedit, Fabioque, callidissimo imperatori, dedit verba⁴; namque, obducta nocte, sarmenta in cornibus juvencorum deligata incendit, ejusque generis⁵ multitudinem

suite chronologique des événements est quelque peu brouillée. Népos va mentionner successivement la bataille de Cannes, puis (chap. V) la marche sur Rome, la campagne de Fabius et la défaite de Minucius, la mort de Gracchus, enfin celle de Marcellus. Or ces faits datent respectivement de 216, 211, 217, 212 et 208.

9. **Paullum** : *cognomen* de L. Æmilius.

1. **Hac pugna pugnata**. Le latin construit assez souvent un verbe intransitif avec l'acc. d'un subst. verbal de même racine ou de sens équivalent (*vivere vitam, dormire somnum*). Il est plus rare que cet acc.

devienne le sujet du verbe mis au passif. Toutefois l'expr. dont se sert ici Népos se retrouve chez Tite-Live et même chez Cicéron (*pro Murena*, 16, 34). Le subst. est en général accompagné d'une détermination : ici, *hac*.

2. **Romam profectus est**. La marche d'Hannibal sur Rome n'eut lieu que bien plus tard, en 211. Voir ch. IV, n. 8.

3. **Locorum angustiis** : v. p. 110, n. 5.

4. **Dedit verba**. *Dare verba alicui* = se jouer de qqun; pp^t le payer de belles paroles.

5. **Ejus generis** : de lauriers de cette sorte, ainsi équipés.

magnam dispalatam⁶ immisit; quo repentino objecto visu tantum terrorem injecit exercitui Romanorum, ut egredi extra vallum nemo sit ausus. 3 Hanc post rem gestam non ita multis diebus⁷, M. Minucium Rufum, magistrum* equitum pari ac dictatorem imperio⁸, dolo productum in prælium, fugavit. Ti. Sempronium* Gracchum, iterum⁹ consulem, in Lucanis*¹⁰ absens¹¹ in insidias inductum sustulit. M. Claudium* Marcellum, quinquies¹² consulem, apud Venusiam* pari modo interfecit. 4 Longum est¹³ omnia enumerare prælia. Quare hoc unum satis erit

6. **Dispalatam** : v. p. 54, n. 7.

7. **Hanc post rem... diebus** : v. p. 43, n. 1; cf. p. 75, n. 2. Dans les expr. de ce genre (*post multo*, etc.), Népos aime à renverser l'ordre habituel des mots. Pour *non ita*, cf. p. 117, n. 6.

8. **Pari... imperio** : abl. de qualité déterminant *magistrum*; *pari ac dictatorem*, pour *pari ac dictator erat*; *ac* ou *atque*, particule comparative après adj. et adv. exprimant une idée de ressemblance ou d'égalité (cf. page 14, n. 12). Le *magister equitum* était ord^e subordonné au dictateur. L'attribution à Minucius de pouvoirs égaux à ceux de Fabius était une marque de défiance à l'égard de ce dernier dont les lenteurs avaient irrité le peuple.

9. **Iterum consulem**. Népos aurait dû dire *bis consulem*; il avait été deux fois consul, mais il ne l'était plus.

10. **In Lucanis** : en Lucanie; v. page 120, n. 9.

11. **Absens** : par un de ses lieutenants.

12. **Quinquies consulem**. Népos aurait dû dire *quintum* (adv.) *consulem*: Marcellus était alors consul, et pour la cinquième fois.

13. **Longum est** : il serait (trop) long. L'indicatif de certains verbes (*possum*, *debeo*) ou d'expr. impersonnelles telles que *licet*, *decet*, *aequum est*, *facile est*, etc. s'emploie souvent en latin là où le français se sert du conditionnel : *possum*, *debeo*, je pourrais, je devrais; *potui*, *debui*, j'aurais pu, dû. Le latin, plus logique que le français, exprime en pareil cas que la chose est ou a été réellement possible, due, juste, facile, etc. et que son exécution seule dépend ou a dépendu de telle condition, exprimée ou sous-entendue, qui ne se réalise pas ou ne s'est pas réalisée.

dictum, ex quo¹⁴ intellegi possit quantus ille fuerit: quamdiu in Italia fuit, nemo ei in acie restitit, nemo adversus eum post Cannensem* pugnam in campo castra posuit.

VI. Il est vaincu à Zama, en Afrique, par Scipion.

1 Hinc invictus patriam defensum revocatus, bellum gessit adversus P. Scipionem*, filium ejus quem ipse primo apud Rhodanum, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugarat. 2 Cum hoc, exhaustis jam patriæ facultatibus, cupivit impræsentiarum¹ bellum componere, quo valentior postea congredetur. In colloquium convenit, condiciones non convenerunt². 3 Post id factum paucis diebus³ apud Zama* cum eodem confligit. Pulsus (incredibile dictu⁴) biduo et duabus noctibus Hadrumetum* pervenit, quod abest ab Zama circiter milia passuum* trecenta. 4 In hac fuga Numidæ, qui simul cum eo ex acie excesserant, insidiati sunt ei; quos non solum effugit, sed etiam ipsos oppressit. Hadrumeti reliquos e fuga⁵ collegit; novis dilectibus paucis diebus multos contraxit.

14. *Ex quo* = *ut ex eo*: assez pour que..., d'où le subj.

1. *Impræsentiarum*: pour le moment. Mot rare, emprunté sans doute à la langue populaire et contracté de *in præsentia rerum*.

2. *Convenit... convenerunt*: jeu de mots; *convenit*, il se rencontra avec (Scipion); *condiciones non convenerunt*, l'accord ne se fit pas sur les conditions.

3. *Post id... diebus*: v. ch. V,

n. 7; *confligit*, en 202.

4. *Incredibile dictu*. Le fait serait incroyable, en effet, si la distance était, comme le dit Népos, de 300 000 pas, soit un peu plus de 440 km. Mais elle n'est, en réalité, que de moitié. Naraggara, où eut lieu le combat, à l'ouest de Zama, est à 150 000 pas d'Hadrumète.

5. *E fuga*. *Colligere ex fuga*, rallier après la fuite, c'est-à-dire les fuyards.

VII. Il reste à la tête de l'armée, puis est nommé suffète.
Sa fuite à la cour d'Antiochus.

1 Cum in apparando¹ acerrime esset occupatus, Carthaginienses bellum cum Romanis composuerunt. Ille nihilo setius exercitui postea præfuit resque in Africa gessit², itemque Mago frater ejus, usque ad P. Sulpicium C. Aurelium consules³. 2 His enim magistratibus⁴ legati Carthaginienses Roman venerunt, qui senatui populoque Romano gratias agerent, quod cum iis⁵ pacem fecissent, ob eamque rem⁶ corona aurea eos donarent, simulque peterent ut obsides eorum Fregellis*⁷ essent captivique redderentur. 3 His ex senatus consulto responsum est : « munus eorum gratum acceptumque esse; obsides, quo loco rogerent⁸, futuros; captivos non remissuros⁹, quod Hannibalem, cujus opera susceptum bellum foret, inimicissimum nomini Romano, etiam nunc cum imperio apud exercitum haberent, itemque fra-

1. In apparando. Apparare, pris absol^t = «faire des préparatifs» ; cf. *ad comparandum*, Thras. II, 2.

2. Res gessit : il fit la guerre.

3. Consules : en 200.

4. His magistratibus : abl. absolu.

5. Cum iis : il pourrait y avoir *secum* et de même, plus loin, *obsides sui* (au lieu de *eorum*), le réfléchi pouvant désigner, dans un discours d'ambassadeurs rapporté en style indirect, non les ambassadeurs eux-mêmes, mais le peuple dont ils font partie et au nom duquel ils parlent. Mais cette identification de

l'ambassadeur avec la personne ou le peuple qui l'a envoyé n'est nullement obligatoire; l'emploi de *iis* et *eorum*, pour désigner les Carthaginois, n'est nullement incorrect.

6. Ob eamque rem = *et qui ob eam rem*.

7. Fregellis : et non à Norba, où ils se trouvaient mal.

8. Quo loco rogerent = *eo loco, quo* (s. ent. *ut essent*) *rogerent*.

9. Remissuros : sujet s. ent. *se*, représentant les Romains, sujet logique de la prop. principale (*responsum est = responderunt*).

trem ejus Magonem ». 4 Hoc responso Carthaginienses cognito Hannibalem domum et Magonem revocarunt. Huc ut rediit, rex¹⁰ factus est, postquam prætor fuerat anno secundo et vicesimo¹¹. Ut enim Romæ consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur. 5 In eo magistratu pari diligentia¹² se Hannibal præbuit ac fuerat in bello. Namque effecit ex novis vectigalibus¹³ non solum ut esset pecunia quæ Romanis ex fœdere penderetur, sed etiam superesset quæ in ærario reponeretur¹⁴. 6 Deinde, M. Claudio L. Furio consulibus¹⁵, Romani legati Carthaginem venerunt. Hos Hannibal ratus sui exposcendi gratia missos, priusquam¹⁶ his senatus daretur, navem ascendit clam, atque in Syriam ad Antiochum* profugit. 7 Hac re palam facta, Pœni naves duas, quæ eum comprehenderent, si possent consequi, miserunt, bona ejus publicarunt, domum a fundamentis disjecerunt, ipsum exsulem judicarunt¹⁷.

VIII. Il tente de soulever Carthage contre Rome.

1 At Hannibal anno tertio postquam domo profugerat, L. Cornelio Q. Minucio consulibus¹,

10. **Rex**, suffète; *praetor*, général.

11. **Postquam... vicesimo** : cf. V, n. 7; VI, n. 3.

12. **Pari diligentia** : abl. de qualité jouant le rôle d'attribut; *pri ac*, cf. V, n. 8.

13. **Vectigalibus** : revenus que tirait l'Etat soit des marchandises importées ou exportées, soit de la location des terres du domaine public.

14. **Penderetur, reponeretur** :

subj. dans prop. relative finale.

15. **Consulibus** : en 196.

16. **Priusquam** : sans attendre que, d'où le subj.; *dare senatum*, expr. consacrée, « donner l'entrée du sénat (à des ambassadeurs), accorder une audience du sénat ».

17. **Judicarunt** : déclarèrent; cf. page 85, n. 1.

1. **Consulibus** : en 193; donc *anno tertio* est inexact. Aussi a-t-on proposé : *quarto*.

cum quinque navibus Africam accessit ² in finibus Cyrenæorum, si forte ³ Carthaginienses ad bellum Antiochi* ⁴ spe fiduciaque inducere posset, cui jam persuaserat ut cum exercitibus in Italiam proficisceretur. Huc Magonem fratrem excivit. **2** Id ubi Pœni resciverunt, Magonem eadem, qua fratrem, absentem affecerunt pœna. Illi, desperatis rebus, cum solvissent naves ac vela ventis dedissent, Hannibal ad Antiochum pervenit. De Magonis interitu duplex memoria ⁵ prodita est. Namque alii naufragio ⁶, alii a servulis ipsius ⁷ interfectum eum scriptum ⁸ reliquerunt. **3** Antiochus autem, si tam in agendo ⁹ bello consiliis ejus ¹⁰ parere voluisset quam in suscipiendo instituerat ¹¹, propius Tiberi ¹² quam Thermopylis* ¹³

2. Africam accessit : v. Thém. IV, p. 22, n. 1.

3. Si forte : « au cas où d'aventure ». Cet emploi de *si* conditionnel s'explique par une ellipse : (pour amener les Carthaginois), si d'aventure ils pouvaient l'être.

4. Antiochi : génit. de l'objet, « par l'espoir et la confiance qu'on pouvait avoir dans Antiochus ».

5. Memoria : récit, tradition.

6. Naufragio : s. ent. un verbe comme *perisse*, dont l'idée est à tirer de *interfectum* (*esse*) qui ne peut convenir qu'au second complément (*a servulis*).

7. Ipsius marque plus fortement que ne ferait *suis* (qui pourrait d'ailleurs être exprimé) l'idée de : ses esclaves à lui, ses propres esclaves.

8. Scriptum : au neutre.

9. Agendo : la conduite de la guerre. L'expr. courante pour « faire la guerre » est *bellum gerere*. *Agere bellum* (Salluste; peut-être aussi César) exprime l'idée de direction : « mener, conduire la guerre suivant un plan méthodique et par les moyens appropriés ».

10. Ejus : Hannibal.

11. Instituerat : s. ont. *parere*.

12. Propius Tiberi. Racine fait dire à Mithridate : « Hannibal l'a prédit : croyons-en ce grand homme. Jamais nous ne vaincrons les Romains que dans Rome. »

13. Thermopylis. Au lieu de porter la guerre en Italie, comme le lui conseillait Hannibal, Antiochus, à la demande des Etoliens, la porta en Grèce et se fit battre aux Thermopyles par le consul Acilius Glabrio (en 191).

de summa imperii¹⁴ dimicasset. Quem etsi multa stulte conari videbat, tamen nulla deseruit in re. 4 Præfuit paucis navibus, quas ex Syria jussus erat in Asiam¹⁵ ducere, hisque adversus Rhodiorum classem in Pamphylio* mari conflixit. Quo¹⁶ cum multitudine adversariorum sui¹⁷ superarentur, ipse, quo cornu rem gessit, fuit superior.

·IX. Il sauve sa fortune de l'avarice des Crétois.

1 Antiocho fugato¹, verens ne dederetur (quod sine dubio accidisset, si sui fecisset potestatem²), Cretam³ ad Gortynios venit, ut ibi, quo se conferret⁴, consideraret. 2 Vidit autem vir omnium callidissimus magno se fore periculo, nisi quid providisset, propter avaritiam Cretensium; magnam enim secum pecuniam portabat, de qua sciebat exisse famam. 3 Itaque capit tale consilium. Amphoras complures complet plumbo, summas⁵ operit auro et argento. Has, præ-

14. **Summa imperii** : ici, l'empire du monde.

15. **In Asiam**: l'Asie Mineure.

16. **Quo** : s. ent. *prælio*, dont l'idée est suggérée par *conflixit*. Mais cette syllepse paraît un peu dure. Il se peut que *prælio*, après *quo*, ait été omis dans l'archétype de nos mss (par saut de *o* à *o*).

17. **Sui** : « les siens ». *Sui*, signifiant « les siens » (ses parents, ses amis, ses soldats, etc.) est un véritable substantif et peut toujours s'employer, quelle que soit la forme de la phrase, cf. Cicéron, *de Or.* III, 2, 7 : *fuit hoc* (la mort de Crassus) *luctuosum suis*.

1. **Fugato** : à Magnésie, en Asie Mineure (190).

2. **Sui. potestatem** : v. Agés. III, p. 126, n. 15.

3. **Cretam** : sans *in*, quoique la Crète ne soit pas précisément une petite île; mais cf. p. 4, n. 6; *venit*, en 189.

4. **Quo se conferret** : où il devait se rendre; pour le subj. délibératif, v. p. 5, n. 11.

5. **Summas** : s. ent. *amphoras* le haut des amphores. Les locutions substantives françaises « le haut de, le bas de, le milieu de » ont leur équivalent en latin dans des adjectifs : *summus, imus, medius*.

sentibus principibus, deponit in templo Dianæ, simulans se suas fortunas illorum fidei credere. His in errorem inductis, statuas aëneas, quas secum portabat, omni sua pecunia complet easque in propatulo domi abjicit ⁶. 4 Gortynii templum magna cura custodiunt, non tam a ceteris quam ab Hannibale, ne ille inscientibus iis ⁷ tolleret secumque duceret ⁸.

X. Hannibal à la cour de Prusias.

1. Sic conservatis suis rebus ¹, Pœnus, illis Cretensibus ² omnibus ³, ad Prusiam* in Pontum* pervenit. Apud quem eodem animo fuit erga Italiam, neque aliud quidquam egit quam regem armavit et exercuit ⁴ adversus Romanos. 2 Quem cum videret domesticis ⁵ opibus minus ⁶ esse

6. **Abjicit** : terme de mépris, impliquant l'idée d'une chose sans valeur.

7. **Iis** marque que la réflexion est de Népos; se aurait traduit la pensée des Gortyniens.

8. **Tolleret, duceret** : s. ent. *amphoras*.

1. **Suis rebus** : son argent.

2. **Pœnus...Cretensibus**. C'est à dessein qu'Hannibal est ici désigné par *Pœnus*, les gens de Gortyne par *Cretenses*, et que ces deux mots sont rapprochés. D'un imposteur, les Grecs disaient : κρητιζέει « il parle, il agit comme un Crétois », et *fides Punica* était, à Rome, synonyme de « fourberie ». Un Punique jouant un tour à des Crétois, c'était à trompeur trompeur et demi.

3. **Omnibus**. Nous laissons

ce mot à la place où il est dans les mss. Certains éditeurs le reportent à la ligne précédente, après *rebus*. Mais, joint à *Cretensibus*, il souligne plaisamment le succès de la ruse imaginée par Hannibal : la Crète tout entière en fut la dupe.

4. **Exercuit**. Ce mot, avec *regem*, étonne. Il ne saurait signifier, comme on l'a supposé, « poussa, excita » : c'est *exercuit* qui rendrait cette idée. Sans doute faut-il entendre, par *regem armavit*, qu'il procura au roi une force armée, des troupes, et, par *exercuit*, qu'il exerça ces troupes en vue d'une guerre contre les Romains.

5. **Domesticis** : de son propre pays.

6. **Minus** : moins (qu'il

robustum, conciliabat ⁷ ceteros reges, adungebat bellicosas nationes. Dissidebat ab eo ⁸ Pergamenus* rex Eumenes, Romanis amicissimus, bellumque inter eos gerebatur et mari et terra; **3** sed utrobique Eumenes plus valebat propter Romanorum societatem. Quo magis cupiebat eum Hannibal opprimi; quem si removisset ⁹, faciliora sibi cetera fore arbitrabatur. Ad hunc interficiendum talem iniit rationem. **4** Classe paucis diebus ¹⁰ erant decreturi. Superabatur navium multitudine; dolo erat pugnandum, cum par non esset armis. Imperavit ¹¹ quam plurimas venenatas serpentes vivas colligi, easque in vasa fictilia conjici. Harum cum effecisset magnam multitudinem, die ipso quo facturus erat navale prælium, classarios convocat, hisque præcipit, omnes ut in unam Eumenis regis concurrant navem, a ceteris tantum satis ¹² habeant se defendere : « id illos facile serpentium multitudine consecuturos; rex autem ¹³ in qua nave veheretur ut scirent, se facturum »; quem si aut cepissent aut interfecissent, magno iis pollicetur præmio fore ¹⁴.

n'eût fallu), trop peu; v. Thém. I, p. 17, n. 4.

7. **Conciliabat, adungebat** : s. ent. *ei*, à Prusias.

8. **Ab eo** : Prusias.

9. **Removisset** : pp^a « écarter, éloigner »; ici, « supprimer ».

10. **Paucis diebus** : « dans peu de jours »; abl. du temps dans les limites duquel un fait se place.

11. **Imperavit**. Ce verbe ne se construit guère avec une prop. infinitive, au lieu de

ut et subj., que si l'infinitif est, comme ici, au passif.

12. **Tantum satis**. *Tantum* porte sur *se defendere* et renforce l'idée exprimée par *satis habeant* : qu'il leur suffise de seulement se défendre. Il y a pléonasme.

13. **Rex autem**. Construisez : *se autem facturum (esse) ut scirent in qua nave rex...*

14. **Fore** : s. ent. *id*; *iis præmio*, double datif avec *esse*.

XI. Il livre bataille à Eumène; son stratagème.

1 Tali cohortatione militum facta, classis ab utrisque¹ in prælium deducitur. Quarum² acie constituta, priusquam signum pugnae daretur, Hannibal, ut palam faceret suis quo loco Eumenes esset, tabellarium in scapha cum caduceo³ mittit. 2 Qui ubi ad naves adversariorum pervenit epistolamque ostendens se regem professus est quærere, statim ad Eumenem deductus est, quod nemo dubitabat quin aliquid de pace esset scriptum. Tabellarius, ducis nave declarata⁴ suis, eodem unde erat egressus se recepit. 3 At Eumenes, soluta⁵ epistula, nihil in ea reperit nisi quæ⁶ ad irridendum eum pertinerent. Cujus⁷ etsi causam mirabatur neque reperiēbat, tamen prælium statim committere non dubitavit. 4 Horum⁸ in concursu Bithynii Hannibalis præcepto universi navem Eumenis adoriuntur. Quorum vim rex cum sustinere non posset, fuga salutem petit; quam consecutus non esset, nisi intra sua præsidia⁹ se recepisset, quæ in proximo litore erant collocata. 5 Reliquæ Pergamenæ naves cum adversarios premerent acrius, repente in eas vasa fictilia, de

1. **Utrisque** : les deux partis, v. p. 140, n. 4.

2. **Quarum** : s. ent. *classium*.

3. **Caduceo** : bâton autour duquel s'enroulent deux serpents, symbole de paix que portaient les parlementaires.

4. **Declarata** : désigné clairement.

5. **Soluta**. *Solvere*, pp^t délier, rompre; ici, ouvrir une lettre en dénouant ou en coupant le fil qui entourait les tablettes.

6. **Quæ** : « des paroles telles que... », d'où le subj.

7. **Cujus** : au neutre, = *cujus rei*. Cet emploi du neutre d'un pronom, comme substantif, à un autre cas que le nom. ou l'acc. n'est pas très fréquent.

8. **Horum** : les combattants, dont l'idée est suggérée par *prælium*.

9. **Præsidia** : le camp naval dont il sera question plus loin (§ 6).

quibus supra mentionem fecimus, conjici cœpta sunt¹⁰. Quæ jacta initio risum pugnantibus concitarunt, neque quare id fieret poterat intellegi. **6** Postquam autem naves suas oppletas conspexerunt serpentibus, nova re perterriti, cum, quid potissimum vitarent¹¹, non viderent, puppes averterunt¹², seque ad sua castra nautica¹³ retulerunt. **7** Sic Hannibal consilio¹⁴ arma Pergamenorum superavit; neque tum solum, sed sæpe alias pedestribus copiis pari prudentia pepulit adversarios.

XII. Il s'empoisonne pour ne pas tomber au pouvoir des Romains.

1 Quæ dum in Asia geruntur, accidit casu ut legati Prusiæ Romæ apud T. Quintium* Flamininum consularem cenarent, atque ibi, de Hannibale mentione facta, ex his unus diceret eum in Prusiæ regno esse. **2** Id postero die Flamininus senatui detulit. Patres conscripti, qui Hannibale vivo nunquam se sine insidiis futuros existimarent¹, legatos in Bithyniam miserunt, in his Flamininum, qui ab rege peterent ne inimicissimum² suum³ secum haberet, sibique⁴ dederet.

10. **Cœpta sunt** : v. Epam. VII, p. 110, n. 6.

11. **Quid vitarent** : à quel péril ils devaient se soustraire; v. p. 5, n. 11.

12. **Puppes averterunt** : ils virèrent de bord. Tite-Live dit de même *avertere naves, classem*; Lucain, *avertere ratem*. La correction *verterunt*, suggérée par l'expr. *terga vertere*, « tourner le dos, fuir », n'est donc pas nécessaire.

13. **Castrâ nautica** : v. Alcib., VIII, p. 72, n. 14.

14. **Consilio** : habileté, ruse.

1. **Existimarent** : au subj., la relative ayant le sens causal (*qui = cum ii*).

2. **Inimicissimum suum**. La construction de ce superlatif employé substantiv^t avec un possessif ou un génitif se rencontre aussi, mais rarement, chez les classiques.

3. **Suum secum... sibi** : *secum* renvoie au roi, *suum* et *sibi* aux Romains.

4. **Sibique dederet** = *et (ut) sibi dederet*. Lorsque, de deux

3 His Prusia negare ausus non est; illud ⁵ recusavit, ne id a se fieri ⁶ postularent, quod adversus jus hospitii esset ⁷ : « ipsi, si possent, comprehenderent; locum, ubi esset, facile inventuros ». Hannibal enim uno loco se tenebat, in castello quod ei ab rege datum erat muneri, idque sic ædificarat ⁸, ut in omnibus partibus ædificii exitus haberet ⁹, scilicet verens ne usu veniret ¹⁰ quod accidit. **4** Huc cum legati Romanorum venissent ac multitudine domum ejus circumdedissent, puer ¹¹ ab janua prospiciens Hannibali dixit plures præter consuetudinem armatos apparere. Qui imperavit ei ut omnes fores ædificii circumiret, ac propere sibi nuntiaret, num eodem modo undique obsideretur. **5** Puer cum celeriter, quid esset, renuntiasset, omnesque exitus occupatos ostendisset, sensit ¹² id non fortuito factum, sed se peti, neque sibi diutius vitam esse retinendam. Quam ne alieno arbitrio dimitteret, memor pristinarum virtutum, venenum, quod semper secum habere consuerat, sumpsit.

prop. complétives reliées par *et* ou *-que*, la première commence par *ne*, au lieu que la seconde devrait commencer par *ut*, il arrive qqf. que *ut* n'est pas exprimé.

5. *Illud* annonce la prop. qui suit.

6. *Id... fieri postularent* : la rom. faite à propos de *imperare* (ch. X, n. 11) vaut aussi

pour *postulare*.

7. *Esset* : au subj., pensée du roi.

8. *Aedificarat* : il l'avait aménagé.

9. *Haberet* : sujet Hannibal.

10. *Usu veniret* : v. Alcib. IV, p. 64, n. 18.

11. *Puer* : un esclave. :

12. *Sensit* : sujet Hannibal.

XIII. Son amour pour les lettres. Historiens qui ont raconté sa vie.

1 Sic vir fortissimus, multis variisque perfunctus laboribus, anno acquievit¹ septuagesimo². Quibus consulibus interierit, non convenit. Namque Atticus M. Claudio Marcello Q. Fabio Labeone consulibus mortuum in annali³ suo scriptum reliquit; at Polybius* L. Æmilio Paulo Cn. Bæbio Tamphilo, Sulpicius autem Blitho⁴ P. Cornelio Cethego M. Bæbio Tamphilo. 2 Atque hic tantus vir tantisque bellis districtus non nihil temporis tribuit litteris. Namque aliquot ejus libri sunt, Græco sermone confecti, in his ad Rhodios*⁵ de Cn. Manlii* Volsonis in Asia rebus gestis. 3 Hujus⁶ belli gesta multi memoriæ prodiderunt : sed ex his duo, qui cum eo in castris fuerunt simulque vixerunt, quamdiu fortuna passa est, Silenus et Sosilus Lacedæmonius. Atque hoc Sosilo Hannibal litterarum Græcarum usus est doctore⁷.

Sed nos tempus est hujus libri facere finem et Romanorum explicare imperatores⁸, quo facilius, collatis utrorumque factis, qui⁹ viri præferendi sint possit judicari.

1. **Acquievit** : se reposa (dans la mort).

2. **Septuagesimo**. Chiffre rond. D'après ce qui suit, il serait mort en 183, ou 182 ou 181. Né en 246, il avait donc 63, ou 64 ou 65 ans.

3. **Annali suo** : s. ent. *libro*. Sur cet ouvrage, voir Att. XVIII, 1.

4. **Sulpicius Blitho** : historien inconnu.

5. **Ad Rhodios** : s. ent. *liber*.

6. **Hujus** : génit. dépendant de l'expr. *belli gesta*; désigne Hannibal.

7. **Doctore** : attribut; cf. *duce*, p. 5, n. 11.

8. **Imperatores** = *imperatorum vitas*; cf. *est ordiendus*, p. 17, n. 2. Allusion à un ouvrage que nous n'avons plus.

9. **Qui** : pour *utri*.

XXIV. M. PORCIUS CATO

I. Jeunesse de Caton; il vient à Rome;
ses premières magistratures.

1 M. Cato, ortus¹ municipio* Tusculo*, adolescentulus, priusquam honoribus operam daret, versatus est in Sabinis*², quod ibi heredium a patre relictum habebat. Inde hortatu L. Valerii Flacci, quem in consulatu censuraque habuit collegam, ut M. Perpenna³ censorius narrare solitus est, Romam demigravit in foroque⁴ esse cœpit. 2 Primum stipendium meruit annorum⁵ decem septemque. Q. Fabio M. Claudio consulibus⁶ tribunus* militum in Sicilia fuit. Inde ut rediit, castra⁷ secutus est C. Claudii* Neronis, magnique⁸ opera ejus existimata est in prælio apud Senam*, quo cecidit Hasdrubal, frater Hannibalis. 3 Quæstor* obtigit⁹ P. Africano consuli,

1. Ortus : en 234 av. J. C.

2. In Sabinis : cf. p. 120, n. 9.

3. M. Perpenna : mort en 49, à 98 ans, il avait connu des gens qui avaient connu Caton. Son témoignage se rapporte à hortatu L. Valerii.

4. In foro. Le forum était à Rome le centre de la vie publique. C'est là que se tenaient les assemblées du peuple et que siégeaient les tribunaux, là aussi qu'on brigait les magistratures.

5. Annorum : cf. p. 131, n. 5.

6. Consulibus : en 214. Il s'agit de Q. Fabius Maximus, « le Temporiseur » (*Cunctator*), et de M. Claudius Marcellus, surnommés l'un le bouclier, l'autre l'épée de la République.

7. Castra. *Castra sequi aliquid* = suivre qqun à l'armée, servir sous qqun.

8. Magni : génit. de prix.

9. Obtigit. Les questeurs tiraient au sort pour savoir à quel consul ou préteur,

cum quo non pro sortis necessitudine¹⁰ vixit; namque ab eo perpetua dissensit vita. *Ædilis** plebi¹¹ factus est cum C. Helvio. 4 *Prætor** provinciam obtinuit Sardiniam, ex qua, quæstor superiore tempore ex Africa decedens¹², Q. Ennium* poetam deduxerat; quod non minoris¹³ æstimamus quam quemlibet amplissimum Sardiniensem triumphum.

II. Il reçoit le gouvernement de l'Espagne. Sa censure.

1 *Consulatum*¹ gessit cum L. Valerio Flacco, sorte provinciam nactus² *Hispaniam** citeriorem, exque ea triumphum deportavit. 2 Ibi cum diutius³ moraretur, P. Scipio* Africanus, consul iterum, cujus in priori⁴ consulatu quæstor fuerat, voluit eum de provincia depellere et ipse ei suc-

proconsul ou propréteur ils seraient adjoints.

10. **Sortis necessitudine** : littéral^t « les liens du sort », c'est-à-dire les liens créés entre eux par le sort. D'après Cicéron (*Divinatio in Q. Cæciliam*, 19, 61) il était de tradition que le préteur ou le consul fût un père pour son questeur : *quæstori suo parentis loco esse*. Caton n'eut pas avec Scipion ces rapports amicaux.

11. **Plebi** : arch. pour *plebei*, génit. de *plebes*.

12. **Decedens** : terme consacré pour le magistrat qui revient de sa province après l'expiration de son mandat. Caton, à son retour d'Afrique, où il avait suivi Scipion comme questeur, était passé par la Sardaigne.

13. **Minoris** : cf. *magni*, n. 8.

1. **Consulatum** : en 195. Il avait été questeur en 205, édile en 199, et préteur en 198.

2. **Sorte... nactus**. Caton partit pour l'Espagne avec une armée au début de son année de consulat après avoir tiré au sort avec son collègue qui aurait cette province, qui l'Italie. Plus tard, préteurs et consuls ne reçurent un gouvernement provincial, toujours par la voie du sort, qu'à leur sortie de charge.

3. **Diutius** : plus longtemps (qu'il ne devait), au delà du temps légal, c'est-à-dire de son année de consulat. Il avait voulu mener à bonne fin la campagne.

4. **Priori** : p. *priore*, cf. Dion, II, p. 91, n. 9.

cedere; neque hoc per senatum⁵ efficere potuit, cum quidem⁶ Scipio principatum in civitate obtineret, quod tum non potentia⁷, sed jure republica administrabatur. Qua ex re iratus senatu⁸, consulatu peracto, privatus in urbe mansit. **3** At Cato, censor* cum eodem Flacco factus, severe præfuit ei potestati. Nam et in complures nobiles⁹ animadvertit¹⁰ et multas res novas in edictum¹¹ addidit, qua re¹² luxuria reprimeretur, quæ jam tum incipiebat pullulare. **4** Circiter annos octoginta, usque ad extremam ætatem ab adolescentia, rei publicæ causa suscipere inimicitias non destitit. A multis tentatus¹³, non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed, quoad vixit, virtutum laude crevit.

5. **Per senatum** : c'est le sénat qui décidait au sujet des provinces.

6. **Cum quidem** : quoiqu'à la vérité.

7. **Potentia** : l'influence personnelle (par opp. à *potestas*, pouvoir légal). **Tum** : réflexion d'un bon citoyen qui gémit sur les misères de son temps.

8. **Senatu** : datif arch., p. *senatui*.

9. **Nobiles** : c'est le nom qu'on donnait à Rome aux citoyens appartenant à des familles dont un membre au moins avait géré une magistrature curule.

10. **Animadvertit**. *Animadvertere in* et acc. = sévir contre. Les censeurs pouvaient infliger un blâme (*nota*), exclusion du sénat (*senatu movere*), rayer

de la liste des chevaliers (*equum adimere*). Caton fut censeur en 184.

11. **Edictum**. Comme les autres magistrats, les censeurs, en entrant en fonction, faisaient connaître par un édit les principes de droit d'après lesquels ils se proposaient de rendre leurs décisions. Ils se contentaient le plus souvent de reprendre la formule de leurs prédécesseurs (*edictum tralatitium*); mais ils pouvaient aussi, comme fit Caton, y introduire des dispositions nouvelles (*res novas in edictum addere*).

12. **Qua re** = *ut ea re*, comme *quo* = *ut eo* : afin que par là.

13. **Tentatus** : attaqué, cité en justice. Il le fut quarante-quatre fois.

III. Éloge de Caton; ses études; ses ouvrages.

1 In omnibus rebus singulari fuit industria; nam et agricola ¹ sollers, et peritus jurisconsultus et magnus imperator et probabilis ² orator et cupidissimus litterarum fuit. 2 Quarum studium etsi senior arripuerat, tamen tantum progressum fecit, ut non facile reperiri possit neque de Græcis neque de Italicis rebus ³, quod ei fuerit incognitum. Ab adulescentia confecit orationes ⁴. Senex historias ⁵ scribere instituit. 3 Earum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum populi Romani; secundus et tertius, unde quæque civitas orta sit Italica, ob quam rem omnes Origines videtur appellasse; in quarto autem bellum Pœnicum ⁶ est primum, in quinto secundum. 4 Atque hæc omnia capitulatim ⁷ sunt dicta. Reliqua bella pari modo persecutus est, usque ad præturam Ser. Galbæ, qui diripuit ⁸ Lusitanos*.

1. **Agricola.** Il a même écrit un traité *De agri cultura*, qui nous est parvenu.

2. **Probabilis** : estimable.

3. **De Græcis... rebus** : compl. partitif du pronom neutre s.-entendu *aliquid*, sujet de *possit* et antécédent de *quod* : qq. fait de l'histoire grecque.

4. **Orationes** : plus de cent cinquante, d'après Cicéron. Il n'en reste que des fragments.

5. **Historias** : la première Histoire romaine qui ait été écrite en latin. Il ne nous en reste que de très courts fragments.

6. **Pœnicum** : v. p. 146, n. 1.

7. **Capitulatim.** Certains entendent : « par chapitres »,

comme si Caton, au lieu de raconter les faits année par année, à la manière des anciens annalistes, avait rassemblé en des chapitres distincts tout ce qui se rapportait à un même objet. Mais *capitulatim* semble être plutôt un synonyme de *summatim*, en grec *κεφαλαιωδῶς*, « sommairement »; cf. Pline l'Ancien, Hist. Nat. II, 55 : *breviter atque capitulatim attingam*.

8. **Diripuit** : piller. Ce n'est pas assez dire. Ayant un jour convoqué 7 000 Lusitaniens, sous prétexte de discuter avec eux leurs intérêts, il les fit massacrer ou vendre comme esclaves (Valère-Maxime, IX, 6, 2). Mis

Atque horum bellorum duces non nominavit⁹, sed sine nominibus res notavit. In iisdem exposuit quæ in Italia Hispanisque* aut fierent aut viderentur admiranda¹⁰. In quibus multa industria et diligentia comparet, nulla doctrina¹¹. 5 Hujus de vita et moribus plura in eo libro¹² persecuti sumus, quem separatim de eo fecimus rogatu T. Pomponii Attici. Quare studiosos¹³ Catonis ad illud volumen delegamus.

XXV. T. POMPONIUS ATTICUS

I. Origine d'Atticus; son éducation.

1 T. Pomponius Atticus, ab origine ultima¹ stirpis Romanæ generatus, perpetuo² a majoribus

en accusation pour ce fait par un tribun de la plèbe, il fut acquitté, malgré un réquisitoire de Caton en personne. Le procès eut lieu en 149, l'année même où Caton mourut. Celui-ci avait donc mené son *Histoire* jusqu'à ses derniers jours.

9. **Non nominavit.** Il ne les désignait que par leur titre : le consul, le préteur, etc.

10. **Admiranda** : *fierent* se rapporte aux événements qui passent, *viderentur* aux objets qui demeurent et sont toujours à voir, monuments, curiosités, etc.; *admiranda* aux uns et aux autres.

11. **Nulla doctrina** : nul éta-

lage d'érudition, c'est-à-dire qu'il n'eût pas ses autorités, ses sources. Il ne semble pas que *doctrina* puisse s'entendre, comme on l'a supposé, de ce que nous appelons la philosophie de l'histoire.

12. **Eo libro** : non conservé.

13. **Studiosos** : ceux qui s'intéressent à.

1. **Ultima** : la plus reculée : les Pomponii prétendaient descendre d'un fils du roi Numa, nommé Pompo. *Generatus*, au lieu de *ortus*, pour marquer la descendance éloignée, est insolite.

2. **Perpetuo** : à joindre à

acceptam equestrem* obtinuit dignitatem. **2** Patre usus est diligente³ et, ut tum erant tempora⁴, diti, in primisque studioso litterarum. Hic, prout ipse amabat litteras, omnibus doctrinis, quibus puerilis ætas impertiri⁵ debet, filium erudit. **3** Erat autem in puero præter docilitatem⁶ ingenii summa suavitas oris⁷ atque vocis, ut non solum celeriter acciperet quæ tradebantur⁸, sed etiam excellenter pronuntiaret. Qua ex re in pueritia nobilis inter æquales ferebatur⁹, clariorque exsplendescibat quam generosi¹⁰ discipuli animo æquo ferre possent¹¹. **4** Itaque incitabat omnes studio suo; quo in numero fuerunt L. Torquatus*, C. Marius* filius¹², M. Cicero*, quos consuetudine sua sic devinxit, ut nemo iis perpetuo fuerit carior.

II. Il se retire à Athènes pendant les guerres civiles; sa libéralité envers les Athéniens.

1 Pater mature¹ decessit. Ipse adolescentulus² propter affinitatem P. Sulpicii*, qui tribunus

obtenuit. L'auteur loue la modestie d'Atticus.

3. Diligente : économe. Pour l'abl. en -e, au lieu de -i v. p. 123, n. 15.

4. Ut tum erant tempora : pour l'époque.

5. Impertiri. Impertire, donner à qqun sa part de, se construit de deux manières : *aliquid alicui* et *aliquem aliqua re*.

6. Docilitatem : aptitude, facilité à apprendre.

7. Oris, la prononciation (cf. p. 59, n. 3); *vocis*, le timbre de la voix.

8. Quæ tradebantur : ce

qui lui était enseigné.

9. Nobilis ferebatur : on le citait comme distingué, il avait un nom.

10. Generosi : à entendre ici, non pas au sens propre, « de bonne race », mais au figuré : « ayant du cœur, de l'amour-propre ».

11. Possent : v. Paus. III, 2 (p. 43, n. 7).

12. C. Marius : neveu et fils adoptif du vainqueur des Cimbres.

1. Mature : avant d'avoir atteint un âge avancé.

2. Adolescentulus : en 88; né en 109, il avait 21 ans.

plebi³ interfectus est, non expers fuit illius⁴ periculi; namque⁵ Anicia, Pomponii consobrina, nupserat Servio⁶, fratri Sulpicii. 2 Itaque, interfecto Sulpicio, posteaquam vidit Cinnano* tumultu* civitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate⁷ vivendi, quin⁸ alterutram partem offenderet, dissociatis animis civium, cum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus, idoneum tempus ratus studiis⁹ obsequendi suis, Athenas se contulit¹⁰. Neque eo setius adulescentem Marium*, hostem judicatum¹¹, juvit opibus suis, cujus fugam pecunia sublevavit. 3 Ac ne illa peregrinatio¹² detrimentum¹³ aliquod afferret rei familiari, eodem¹⁴ magnam partem fortunarum trajecit suarum. Hic ita vixit, ut universis Atheniensibus merito esset carissimus. 4 Nam præter gratiam¹⁵, quæ jam in adulescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam¹⁶ levavit. Cum enim versuram¹⁷ facere

3. **Plebi** : v. p. 170, n. 11.

4. **Illius** : de lui, de Sulpicius.

5. **Namque...** : explique *affinitatem P. Sulpicii*.

6. **Servio**. Ce Ser. Sulpicius est inconnu. Ne pas confondre avec le jurisconsulte du même nom, ami de Cicéron, consul en 51.

7. **Pro dignitate** : comme le comportait sa dignité personnelle, c'est-à-dire en toute indépendance.

8. **Quin** : sans que; *partem*, parti politique. *Pars*, en ce sens, s'emploie ord^t au pluriel, cf. *Sullanis partibus*, plus loin.

9. **Studiis** : suivre ses goûts.

10. **Se contulit** : en 86.

11. **Judicatum** : v. p. 85,

n. 1. Le jeune Marius, proscrit par Sylla, avait dû fuir de Rome précipitamment.

12. **Peregrinatio** : séjour à l'étranger.

13. **Detrimtum**. On aurait pu, en son absence, confisquer ses biens.

14. **Eodem** : non pas précisément à Athènes, mais en Grèce et en Epire, où il acheta des propriétés.

15. **Gratiam** : son crédit (auprès des Romains haut placés), son influence.

16. **Inopiam publicam** : les besoins publics, le budget de l'Etat.

17. **Versuram** : emprunt destiné à acquitter une dette.

publice necesse esset, neque ejus condicionem æquam haberent, semper se interposuit, atque ita, ut neque usuram¹⁸ unquam¹⁹ ab iis acceperit, neque longius, quam dictum esset²⁰, debere²¹ passus sit. 5 Quod utrumque erat iis salutare; nam neque indulgendo inveterascere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis usuris²² crescere. 6 Auxit hoc officium alia quoque liberalitate. Nam universos frumento donavit, ita ut singulis sex²³ modii* tritici darentur, qui modus mensuræ medimnus* Athenis appellatur.

III. Honneurs que lui rend le peuple d'Athènes.

1. Hic¹ autem sic se gerebat, ut communis² infimis, par principibus videretur. Quo factum est ut huic omnes honores, quos possent³, publice haberent, civemque facere studerent. Quo beneficio ille uti noluit, quod⁴ nonnulli ita interpretantur⁵, amitti civitatem⁶ Romanam alia

18. **Usuram** : intérêt (sans idée d'usure).

19. **Unquam** est la leçon des mss. On a corrigé, sans nécessité apparente : *iniquam*, qui s'opposerait à *condicionem æquam*.

20. **Dictum esset** : au subj. parce que la prop. dépend d'une subordonnée qui est déjà au subjonctif (attraction modale).

21. **Debere** : sujet s. ent. *eos*.

22. **Multiplicandis usuris** : « par la multiplication des intérêts ». L'expression, prise à la lettre, se rapporte au prêt à intérêts composés, les intérêts s'ajoutant chaque mois ou chaque année au capital pour porter à leur tour inté-

rêt. Mais on peut l'entendre aussi, en un sens plus large, de leur simple accumulation qui, au taux de 1 pour 100 par mois, ou 12 pour 100 par an, doublait le capital en huit ans.

23. **Sex** : p. *seni*, l'idée distributive étant déjà marquée par *singulis*.

1. **Hic** : adv., à Athènes.

2. **Communis** : cf. *communitas*, p. 16, n. 8.

3. **Possent** : attraction modale, cf. II, n. 20.

4. **Quod** : parce que.

5. **Ita interpretantur** : interprètent (la loi, le droit) en ce sens que...; *ita* annonce la prop. infinit. qui suit.

6. **Civitatem** : nationalité.

ascita. **2** Quamdiu adfuit, ne qua sibi statua poneretur restitit, absens prohibere non potuit. Itaque aliquot ⁷ ipsi et Midia⁸ locis sanctissimis ⁹ posuerunt; hunc ¹⁰ enim in omni procuratione rei publicæ auctorem actoremque ¹¹ habebant. **3** Igitur primum illud ¹² munus fortunæ, quod in ea potissimum urbe natus est in qua ¹³ domicilium orbis terrarum esset imperii, ut ¹⁴ eandem et patriam haberet et domum ¹⁵; hoc specimen prudentiæ, quod, cum in eam se civitatem contulisset quæ antiquitate, humanitate ¹⁶, doctrinaque præstaret omnes ¹⁷, unus ¹⁸ ei fuit carissimus.

IV. Bienveillance de Sylla pour Atticus.

Son retour à Rome.

1 Huc ex Asia ¹ Sulla decedens ² cum venisset, quamdiu ibi fuit, secum habuit Pomponium,

7. **Aliquot** : s. e. *statuas*.

8. **Midia**. Ce Midias était un Athénien considéré, chef du parti dévoué aux Romains. Texte d'ailleurs douteux.

9. **Locis sanctissimis** : sans doute dans l'Acropole, où se trouvaient les principaux temples et où les Athéniens plaçaient qqf. les statues de leurs bienfaiteurs.

10. **Hunc** : Midias.

11. **Auctorem** se rapporte au conseil, *actorem* à l'action.

12. **Illud** est développé par *quod in ea urbe...*, comme *hoc* le sera par *quod... ei fuit carissimus*; avec l'un et l'autre, suppléé *fuit*.

13. **Ea... in qua** = *tali ut in ea*; de même, plus loin, *eam... quæ* = *talem ut ea*,

d'où le subj.; *orbis terrarum* dépend de *imperii*.

14. **Ut** : de sorte que.

15. **Patriam... domum** : patrie... résidence.

16. **Humanitate** : culture intellectuelle et morale.

17. **Praestaret omnes** : v. p. 108, n. 3.

18. **Unus carissimus** : v. p. 4, n. 3.

1. **Ex Asia** : on sç. Sylla, après avoir imposé à Mithridate une paix humiliante, se préparait à rentrer en Italie à la tête de ses vétérans pour reprendre la lutte contre le jeune Marius qui, depuis la mort de son oncle et père adoptif (janvier 86) était le chef du parti populaire

2. **Decedens** : v. p. 170, n. 12.

captus adolescentis et humanitate³ et doctrina. Sic enim Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur; tanta autem suavitas erat sermonis latini⁴, ut appareret in eo nativum quemdam leporem esse, non ascitum. Idem poemata pronuntiabat et Græce et Latine sic, ut supra nihil posset addi. **2** Quibus rebus factum est ut Sulla nusquam eum ab se dimitteret, cuperetque secum deducere. Qui cum persuadere⁵ tentaret : « Noli, oro te, inquit Pomponius, adversum eos me velle⁶ ducere, cum quibus⁷ ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. » At Sulla, adolescentis officio⁸ collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiscens jussit deferri. **3** Hic complures annos moratus, cum⁹ et rei familiari tantum operæ daret, quantum non indiligens deberet¹⁰ paterfamilias, et omnia reliqua tempora aut litteris aut Atheniensium rei publicæ tribueret, nihilo minus amicis urbana¹¹ officia præstitit.

3. Humanitate : v. ch. III, n. 16.

4. Sermonis latini : sa conversation en latin.

5. Persuadere : s. e. *id ei*.

6. Noli velle. Noli ducere eût suffi; *noli velle*, au lieu de *noli*, est une façon de parler plus polie, plus cérémonieuse.

7. Cum quibus ne... ferrem : m. à m. « avec qui pour ne pas porter les armes contre toi ». En latin, une subordonnée peut être rattachée par un relatif (*quibus*) à une prop. qui précède (*adversum eos me ducere*) en même temps que, par le subordonnant (ici, *ne*), elle dépend d'une prop. principale qui suit (*Italiam reliqui*).

Cette forme de phrase, qui existait encore dans le français du xvii^e siècle, a disparu du français moderne. Traduire : « avec qui j'ai évité de prendre les armes contre toi en quittant l'Italie ». Il s'agit des partisans du jeune Marius, parmi lesquels Atticus comptait des amis.

8. Officio : le sentiment du devoir, ici la fidélité à ses amis.

9. Cum... daret et... tribueret : tout en donnant... et en accordant.

10. Quantum deberet : pensée d'Atticus, « autant que (à son avis, selon lui) le devait... », d'où le subj.

11. Urbana : à Rome. Il venait assister ses amis.

4 Nam et ad comitia* eorum¹² ventitavit et, si qua res major acta est, non defuit. Sicut¹³ Cicconi* in omnibus ejus periculis singularem fidem præbuit, cui ex patria fugienti sestertium¹⁴ ducenta et quinquaginta milia donavit. Tranquillatis autem rebus Romanis, remigravit Romam, ut opinor, L. Cotta L. Torquato consulibus¹⁵. Quem sic universa civitas Atheniensium prosecuta est, ut lacrimis desiderii futuri dolorem indicaret.

V. Il hérite de son oncle Cécilius. Sa liaison intime avec Cicéron et Hortensius.

1 Habebat avunculum Q. Cæcilium, equitem Romanum, familiarem L. Luculli*, divitem, difficillina natura. Cujus sic asperitatem veritus est¹ ut, quem nemo ferre posset², hujus³ sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevolentiam. Quo facto tulit pietatis fructum. 2 Cæcilius enim moriens⁴ testamento adoptavit eum heredemque fecit ex dodrante⁵; ex qua hereditate accepit

12. **Comitia eorum** : les comices où ils se portaient candidats.

13. **Sicut** : c'est ainsi que, par exemple. Ceci est une parenthèse : le fait rapporté prouve l'empressement d'Atticus à obliger ses amis, mais non pas spécialement pendant son séjour à Athènes. Cicéron ne courut de dangers que du jour où il eut réprimé la conjuration de Catilina (en 63); il ne fut exilé qu'en 58. Or Atticus est rentré à Rome en 65.

14. **Sestertium** : génit. plur. arch. en *-um*, p. *orum*. Le sesterce valait alors à peu près 22 centimes; 250 000 ses-

terces = 55 000 francs.

15. **Consulibus** : en 65.

1. **Veritus est** : il sut ménager.

2. **Quem... posset** : au subj. par attraction modale, la relative étant enclavée dans une prop. subordonnée qui est elle-même au subjonctif. On pourrait aussi du reste expliquer le subj. *posset* par le sens adversatif de la prop. relative (*quem = cum eum*).

3. **Hujus** : compl. à la fois de *offensione*, de *senectutem* et de *benevolentiam*.

4. **Moriens** : en 58.

5. **Ex dodrante**. L'as, monnaie de cuivre, se divisait en douze fractions dont

circiter centies ⁶ sestertium*. **3** Erat nupta soror Attici Q. Tullio* Ciceroni, easque nuptias M. Cicero conciliarat ⁷, cum quo a cōdiscipulatu vivebat conjunctissime, multo etiam familiarius quam cum Quinto, ut judicari possit plus in amicitia valere similitudinem morum quam affinitatem. **4** Utebatur ⁸ autem intime Q. Hortensio*, qui his temporibus principatum eloquentiæ tenebat, ut intellegi non posset uter eum plus diligeret, Cicero an Hortensius, et id, quod erat difficillimum, efficiebat, ut, inter quos ⁹ tanta laudis esset ¹⁰ æmulatio, nulla intercederet obtreectatio, essetque ¹¹ talium virorum copula.

chacune avait un nom particulier : *uncia* (1/12), *sextans* (1/6 ou 2/12), *quadrans* (1/4 ou 3/12), *triens* (1/3 ou 4/12), etc. Le *do drans* (de *de* et *quadrans*, un quart ôté de l'as) valait 3/4 ou 9/12. Mais ces noms servaient aussi à indiquer les douzièmes d'un tout quelconque, l'as étant pris comme unité, et en particulier, dans les successions, les douzièmes de l'héritage. De là des expressions formées à l'aide de *ex* (= d'après, suivant) qui indiquent la proportion dans laquelle on hérite : *heres ex asse*, héritier pour le tout, légataire universel; *heres ex triente*, pour le tiers; *heres ex do drante*, pour les 3/4.

6. Centies sestertium. Un million de sesterces (*sestertii*) se dit régulièrement *decies centena milia sestertium* (génit. plur. en *-um*, arch. p. *-orum*). Mais, pour abrégé, on sous-entend d'ordinaire *centena*

milia et on dit *decies sestertium* ou, avec inversion, *sestertium decies*. De même *vicies sestertium* = 2 millions; *centies sestertium* = 10 millions. Par suite *sestertium*, qui à l'origine était un génit. pluriel, en vint à être pris et décliné comme un subst. neutre singulier signifiant cent mille sesterces. Ici c'est un accusatif; XIV, 2 on aura l'ablatif : *in sestertio vicies*, *in sestertio centies*. Le sesterce valait alors 22 centimes; Atticus héritait donc d'un peu plus de deux millions de francs.

7. Conciliarat. Ce mariage eut lieu en 68.

8. Utebatur : v. p. 121, n. 1.

9. Inter quos : l'antécédent s. ent. est *inter eos*, à suppléer avec *intercederet*.

10. Esset : au subj. pour la même raison que *posset* au § 1 (n. 2).

11. Essetque : sujet Atticus.

VI. Il se tient à l'écart des affaires publiques.

1 In re publica ita est versatus, ut semper optimarum partium ¹ et esset et existimaretur, neque tamen se civilibus fluctibus ² committeret, quod non magis eos in sua potestate ³ existimabat esse, qui se his dedissent, quam qui maritimis jactarentur. 2 Honores non petiit, cum ei paterent propter vel gratiam ⁴ vel dignitatem, quod neque peti more majorum neque capi possent ⁵ conservatis legibus in tam effusi ambitus ⁶ largitionibus, neque geri e re publica ⁷ sine periculo, corruptis civitatis moribus. 3 Ad hastam publicam ⁸ nunquam accessit. Nullius rei neque prææs neque manceps ⁹ factus est. Neminem neque suo nomine,

1. **Optimarum partium** : le parti des optimates.

2. **Fluctibus** : métaphore heureuse pour désigner les agitations de la vie publique, de la politique.

3. **In sua potestate esse** : être son maître.

4. **Gratiam** : la faveur dont il jouissait, son crédit; **dignitatem**, son mérite.

5. **Possent** : au subj., pensée d'Atticus.

6. **Ambitus** : la brigue illicite, la corruption électorale; **effusi**, qui se donne libre cours, effrénée.

7. **E re publica** : dans l'intérêt de l'État; *ex*, conformément à.

8. **Ad hastam publicam** : m. à m. « il ne s'approcha jamais de la lance plantée par l'autorité publique », c'est-à-dire qu'il ne s'est point enrichi en achetant à vil prix les biens

des proscrits. Une lance fichée en terre indiquait une vente à l'encan (*auctio*) faite au nom et pour le compte de l'État : à l'origine, cette lance rappelait que la chose vendue était butin de guerre. D'où les expr. *hastam ponere in foro*, vendre aux enchères; *sub hasta venire*, être vendu aux enchères; *ad hastam accedere*, prendre part aux enchères (cf. en français les mots, aujourd'hui vieillis, *subhaster*, *subhastation*). Les biens confisqués à la suite des proscriptions de Sylla, de César, des triumvirs, furent ainsi vendus *sub hasta*.

9. **Praes... manceps**. A Rome, l'État ne percevait ses impôts et revenus ni n'exécutait les travaux publics directement. Tout se faisait par adjudication : la ferme des impôts était adjugée au plus offrant (*summis pretiis*), l'en-

neque subscribens¹⁰ accusavit¹¹; in jus de sua re nunquam iit, iudicium¹² nullum habuit. 4 Multorum consulum prætorumque præfecturas¹³ delatas sic accepit, ut neminem in provinciam sit secutus, honore fuerit contentus, rei familiaris¹⁴ despexerit fructum : qui ne cum Q. quidem Cicerone¹⁵ voluerit ire in Asiam, cum apud eum legati* locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cum præturam gerere nolisset, asseclam esse prætoris. 5 Qua in re non solum dignitati serviebat, sed etiam tranquillitati, cum suspi-

treprise des travaux publics et des fournitures militaires au plus bas preneur (*infinis pretiis*). Les adjudicataires (*mancipes*) devaient fournir des cautions (*praedes*). Atticus ne fut jamais *manceps* ni *praes*; mais il n'en était pas moins intéressé dans ces entreprises et dans ces fermes comme bailleur de fonds, comme associé (*socius*) — nous dirions aujourd'hui actionnaire — des grandes compagnies financières (*societates publicanorum*) qui se constituaient à cet effet.

10. **Subscribens.** L'accusateur principal (*suo nomine*) se faisait d'habitude appuyer par un ou plusieurs *subscriptores*, qui contresignaient l'acte d'accusation (*subscribere*, signer à la suite).

11. **Accusavit** : au criminel; *ius, iudicium* : au civil.

12. **In jus...**, *iudicium*. *In jus ire*, aller en justice (ici, comme plaignant), intenter un procès; *iudicium habere*, avoir un procès, être appelé en justice.

Tel est du moins le sens de cette dernière expression dans Cicéron, *Verrines*. I, 53, 139; II, 29, 71. D'autres entendent : « remplir les fonctions de juge, être juge », expliquant qu'Atticus s'arrangea pour n'être jamais inscrit sur la liste des juges (*album iudicum*) dressée chaque année par le préteur, ou du moins pour n'être jamais appelé à siéger. Il est douteux que *iudicium habere* se soit employé ainsi.

13. **Praefecturas** : fonctions honorifiques et lucratives, civiles ou militaires, auprès des consuls et des préteurs, des proconsuls et des propréteurs, dans les provinces, et dont les titulaires étaient choisis par les magistrats eux-mêmes.


14. **Rei familiaris fructum** : les avantages qu'il eût pu en retirer pour sa fortune personnelle.

15. **Q. Cicerone** : gouverneur de la province d'Asie, comme propréteur, de 61 à 59,

ciones quoque vitaret criminum¹⁶. Quo fiebat ut ejus observantia¹⁷ omnibus esset carior, cum eam officio¹⁸, non timori neque spei, tribui viderent.

VII. Il ne prend aucune part à la guerre entre César et Pompée, et reste à Rome.

1 Incidit Cæsarianum* civile bellum¹, cum haberet annos circiter sexaginta. Usus est ætatis vacatione², neque se ququam movit ex urbe. Quæ amicis suis³ opus fuerant ad Pompeium proficiscen-
tibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pompeium conjunctum⁴ non offendit. 2 Nullum ab eo habebat ornamentum⁵, ut ceteri, qui per eum aut honores aut divitias cepe-



Jules César.
Buste du musée du Louvre.

16. **Suspiciones criminum** : « soupçons pouvant donner lieu à des accusations », notamment à l'accusation de concussion (*crimen repetundarum*).

17. **Observantia** : les égards, les attentions dont on était l'objet de sa part.

18. **Officio** : son obligeance naturelle.

1. **Civile bellum** : en 49.

2. **Ætatis vacatione**. A 46 ans, on était dispensé du service militaire; à 60, de toute participation aux affaires publiques, les sénateurs exceptés.

3. **Suis** : emploi peu correct du réfléchi dans une subordonnée qui, étant à l'indicatif

(*fuerant*), n'est pas présentée comme faisant partie de la pensée du sujet principal; mais Népos avait dans l'esprit : *amicis suis... dedit*.

4. **Conjunctum** : lié d'amitié avec lui.

5. **Ornamentum** : « distinction », est expliqué par *aut honores aut divitias*.

rant; quorum partim⁶ invitissimi castra⁷ sunt secuti, partim summa cum ejus offensione domi remanserunt. **3** Attici autem quies⁸ tantopere Cæsari fuit grata, ut victor, cum privatis pecunias per epistulas imperaret, huic non solum molestus non fuerit, sed etiam sororis filium et Q. Ciceronem ex Pompeii castris⁹ concesserit¹⁰. Sic vetere instituto vitæ¹¹ effugit nova pericula.

VIII. Son amitié pour Brutus; il repousse les demandes injustes de ses partisans.

1 Secutum est illud occiso Cæsare¹, cum res publica penes Brutos² videretur esse et Cassium*, ac tota civitas se ad eos convertisse videretur³. **2** Sic M. Bruto* usus est⁴, ut nullo ille adolescens⁵ æquali familiaris sit usus⁶ quam hoc sene, neque solum eum principem consilii⁷ haberet,

6. Partim... partim = alii... alii.

7. **Castra** : s. ent. *ejus*; pour *castra sequi*, v. p. 169, n. 7.

8. **Quies** : pp^t inaction, c'est-à-dire ici abstention, neutralité.

9. **Ex Pompeii castris** : venant du camp de Pompée, c'est-à-dire qui, après avoir été dans le camp de Pompée, l'avaient quitté.

10. **Concesserit**. *Concedere aliquem alicui* = faire grâce à qqun par égard pour qqun.

11. **Instituto vitæ** : ligne de conduite.

1. **Illud occiso Caesare** : cet état de choses qui suivit le meurtre de César (Ides de Mars 44); *illud* est déterminé par la prop. *cum res publica...*

2. **Brutos** : M. Junius Brutus et D. Junius Brutus, qui, avec C. Cassius Longinus, avaient été les chefs de la conjuration contre César.

3. **Videretur** : ce n'était qu'une apparence.

4. **Sic M. Bruto usus est** : v. p. 121, n. 1.

5. **Adolescens** : Brutus avait alors 41 ans.

6. **Sit usus**. Ces mots manquent dans les mss. Mais l'omission, après *familiaris*, s'explique aisément (par saut de *-us* à *-us*). *Sit usus*, au pf. : il n'eut pas d'ami plus intime; *haberet*, à l'impf. : il avait en lui un conseiller.

7. **Principem consilii** : le premier pour le conseil (à donner), son premier conseiller.

sed etiam in convictu. **3** Excogitatum est a quibusdam ut privatum ærarium Cæsaris interfecto-ribus ab equitibus* Romanis constitueretur. Id facile effici posse arbitrati sunt, si principes ejus ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est a C. Flavio⁸, Bruti familiari, Atticus, ut ejus rei princeps esse vellet. **4** At ille, qui officia amicis præstanda sine factione⁹ existimaret semperque a talibus se consiliis removisset¹⁰, respondit : « si quid¹¹ Brutus de suis facultatibus uti voluisset, usurum¹², quantum eæ paterentur; se¹³ neque cum quoquam de ea re collocuturum neque coiturum ». Sic ille consensionis globus¹⁴ hujus unius dissensione disjectus est. **5** Neque multo post superior esse cœpit Antonius*, ita ut Brutus et Cassius, provinciarum¹⁵ quæ iis

8. Appellatus est a Flavio : Flavius s'adressa à lui.

9. Factione : esprit de parti.

10. Existimaret, removisset : au subj., la relative ayant le sens causal.

11. Quid, compl. direct de *uti*, a lui-même pour compléter l'expression partitive *de suis facultatibus* qui équivaut à un génitif; cf. *unus de nullis, nemo de iis*. *Utor* était transitif en ancien latin; la constr. employée ici par Népos est un archaïsme. Docet emploi transitif la langue classique a gardé un souvenir dans l'adj. verbal *utendus*.

12. Si.. voluisset, usurum : s. ent. *eum*. Au style direct : *si voluerit, utetur*.

13. Se : « quant à lui, mais lui, Atticus ». Correction pour *sed* : dans cette phrase usu-

rum... sed... collocuturum où, dans deux prop. coordonnées par *sed* et dépendant du même verbe *respondit*, il faudrait sous-entendre successivement *eum* et *se*, l'ellipse de *se* est bien dure et prête même à l'équivoque. L'opposition est plus fortement marquée par *se*, sans particule adversative, qu'elle ne le serait par *sed*.

14. Globus : propr^t « peloton », ici groupe de gens; le mot est pris en mauvais part. *Consensionis* = *consentientium*, emploi de l'abstrait pour le concret.

15. Provinciarum. En 44, Brutus était prêteur urbain et Cassius prêteur pérégrin. César leur avait attribué pour 43, à Brutus la Macédoine, à Cassius la Syrie. Mais, au

dicis¹⁶ causa datæ erant a consule¹⁷ destituta administratione¹⁸, desperatis rebus, in exsilium proficiscerentur. 6 Atticus, qui pecuniam simul cum ceteris conferre noluerat florenti illi parti, abjecto Bruto Italiaque cedenti sestertium* centum milia muneri misit; eidem in Epiro¹⁹ absens trecenta jussit dari; neque eo magis²⁰ potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit.

IX. Il vient en aide à Fulvie, femme d'Antoine.

1 Secutum est¹ bellum gestum apud Mutinam*. In quo si tantum eum prudentem dicam, minus quam debeam² prædicem; cum ille potius divinus³

lendemain de sa mort, ces provinces leur furent enlevées au bénéfice des deux consuls, Antoine et Dolabella; puis, en août, sur la proposition d'Antoine, Brutus reçut en échange la Crète et Cassius la Cyrénaïque. C'était une maigre compensation, et qui, comme le dit ici Népos, ne leur était donnée que pour la forme. Irrités, au lieu de prendre possession de leur gouvernement, ils se rendirent l'un en Macédoine, l'autre en Syrie, pour s'y préparer à la guerre contre Antoine.

16. **Dicis causa** : pour qu'il fût dit, pour la forme, par manière d'acquit. *Dicis*, génitif, est le seul cas usité, et seulement dans cette locution, d'un nom dont le nominatif serait *dic*, apparenté à *dico*.

17. **A consule**. Entendez : par le sénat sur la proposition du consul Antoine.

18. **Destituta administratione**. Ces mots manquent dans les mss. Mais le génitif *provinciarum* ne peut dépendre que d'une expression de ce genre. L'omission s'explique, devant *desperatis*, par saut de *des-* à *des-*.

19. **In Epiro** : à joindre à *dari*. Atticus possédait de grandes propriétés en Epire. Brutus passait par là pour se rendre en Macédoine.

20. **Neque eo magis** : et pas plus pour cela; *eo*, à raison du changement survenu.

1. **Secutum est** : en 43.

2. **Debeam** : au subj. par attraction, la prop. comparative dépendant d'une prop. au subj. potentiel (*prædicem*).

3. **Divinus** : doué de prescience comme les dieux, devin, par opp. à la prévoyance humaine (*prudens*). Même opposition entre *divinatio* et *naturalis bonitas*.

fuerit, si divinatio appellanda est perpetua⁴ naturalis bonitas, quæ nullis casibus agitur⁵ neque minuitur. 2 Hostis Antonius* judicatus⁶ Italia cesserat⁷; spes restituendi⁸ nulla erat. Non solum inimici, qui tum erant potentissimi et plurimi, sed etiam qui adversariis ejus se dabant⁹ et in eo lædendo aliquam consecuturos¹⁰ sperabant commoditatem, Antonii familiares insequabantur; uxorem Fulviam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam extinguere parabant. 3 Atticus, cum¹¹ Ciceronis intima familiaritate uteretur, amicissimus esset Bruto, non modo nihil¹² his indulsit ad Antonium violandum, sed e contrario familiares ejus ex urbe profugientes, quantum potuit, stexit, quibus rebus¹³ indiguerunt, adjuvit. 4 P. vero Volumnio¹⁴ ea tribuit, ut plura a parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fulviæ, cum litibus distineretur, magnisque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum præstitit, ut nullum illa stiterit vadimonium¹⁵ sine Attico, hic sponsor omnium rerum fuerit. 5 Quin etiam, cum illa fundum secunda fortuna

4. **Perpetua** : qui ne se dément pas.

5. **Agitur** : est ébranlé. Les mss ont *agitur*, dont l'emploi en ce sens est insolite.

6. **Judicatus** : v. p. 85, n. 1.

7. **Italia cesserat** : il était passé en Gaule transalpine pour rejoindre Lépide.

8. **Restituendi** = *restitutio-nis*. Le gérondif joue souvent le rôle d'un subst. verbal abstrait : cf. Virgile, Géorg. II, 238 *mansuescit arando terra* (*arando* = *aratione*).

9. **Se dabant** : se rangeaient aux côtés de.

10. **Consecuturos** : sujet s. ent. *se*.

11. **Cum** : quoique.

12. **Nihil** : en rien, nullement; v. p. 108, n. 5.

13. **Quibus rebus**. Construisez : *adjuvit (iis) rebus, quibus indiguerunt*.

14. **P. Volumnio** : ami d'Antoine.

15. **Stiterit vadimonium**. *Vadimonium*, engagement de comparaître en justice au jour dit; *vadimonium obire* ou

emisset in diem¹⁶ neque post calamitatem versuram¹⁷ facere potuisset, ille se interposuit pecuniamque sine fœnore sineque ulla stipulatione credidit, maximum existimans quæstum, memorem gratumque cognosci. simulque aperiens se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum.

6 Quæ cum faciebat, nemo cum temporis causa facere poterat existimare; nemini enim in opinionem veniebat Antonium rerum politurum.

7 Sed sensim is a nonnullis optimatibus reprehendebatur, quod parum odisse malos cives videretur¹⁸. Ille autem, sui iudicii¹⁹, potius quid se facere par esset intuebatur quam quid alii laudaturi forent.

X. Il échappe aux proscriptions d'Antoine.

1 Conversa¹ subito fortuna est. Ut Antonius* rediit² in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis et Bruti. **2** Itaque ad adventum imperatorum³ de foro decesserat⁴, timens proscriptionem, latebatque apud P. Volumnium, cui, ut

sistere, tenir cet engagement, c'est-à-dire comparaître.

16. **In diem** : à terme.

17. **Versuram**. V. ch. II, n. 17.

18. **Quod... videretur** : sur ce subj., v. p. 109, n. 2 (*quod diceret*).

19. **Sui iudicii** : génit. de qualité rattaché directement à *ille*, le verbe *esse* n'ayant pas de partic. présent : m. à m. « mais lui, (étant) d'un jugement sien, personnel », c'est-à-dire jugeant par lui-même, en toute indépendance.

1. **Conversa** : en 43, par la

formation du triumvirat entre Antoine, Octave et Lépide.

2. **Rediit** : revint (de Gaule, où il s'était réfugié après sa défaite devant Modène).

3. **Imperatorum** : des triumvirs. *Imperator* est le titre dont les soldats saluaient par acclamation leur général à la suite d'une victoire importante. Chacun des triumvirs se l'était vu décerner par son armée.

4. **De foro decesserat**. Il ne se montrait plus en public.

ostendimus, paulo ante opem tulerat (tanta varietas his temporibus fuit fortunæ, ut modo hi, modo illi, in summo essent aut fastigio aut periculo), habebatque secum Q. Gellium Canum, æqualem simillimumque⁵ sui. **3** Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quod cum eo, quem puerum in ludo⁶ cognorat, adeo conjuncte vixit, ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit. **4** Antonius autem, etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem ut non solum ei, sed etiam omnibus ejus amicis esset inimicus eosque vellet proscribere* multis hortantibus⁷, tamen Attici memor fuit officii⁸, et ei, cum requisisset ubinam esset, sua manu scripsit ne timeret, statimque ad se veniret⁹ : « se eum et illius¹⁰ causa Canum de proscriptorum numero exemisse ». Ac, ne quod periculum incideret, quod noctu fiebat¹¹, præsidium ei misit. **5** Sic Atticus in summo timore¹² non solum sibi, sed etiam ei quem carissimum habebat, præsidio fuit. Neque enim suæ solum¹³ a quoquam auxilium petiit salutis, ut apparet nullam sejunctam sibi ab eo velle¹⁴ fortunam.

5. **Simillimum** : animé des mêmes sentiments.

6. **In ludo** : à l'école.

7. **Hortantibus**. Antoine personnellement inclinait à les proscrire, et il y était encouragé par beaucoup de ses partisans.

8. **Officii** : ses bons offices (ouvors Fulvie).

9. **Statimque.. veniret** = *et (ut)... veniret*, cf. p. 166, n. 4.

10. **Eum et illius** : *illius*, comme *eum*, désigne Atticus.

11. **Fiebat** : sujet s. ent. *id.*

12. **In summo timore** : en proie à une crainte extrême, c'est-à-dire dans la situation la plus critique.

13. **Solum** porte sur *suæ* (sa vie, à lui seulement) et ne doit pas être joint à *neque*. Après *salutis*, les mss ont *sed conjuncti* (génitif s'opposant à *suæ*), ou *sed conjunctim*; mais ces mots semblent bien n'avoir été à l'origine qu'une glose marginale, insérée plus tard dans le texte.

14. **Velle** : sujet s. ent. *eum*, Atticus.

6 Quod si ¹⁵ gubernator præcipua laude fertur, qui navem ex hieme ¹⁶ marique scopuloso servat, cur non singularis ejus existimetur ¹⁷ prudentia, qui ex tot tamque gravibus procellis civilibus ad incolumitatem pervenit?

XI. Générosité d'Atticus envers les proscrits.

1 Quibus ex malis ut se emersit, nihil aliud egit quam ut ¹ plurimis, quibus rebus posset ², esset auxilio. Cum proscriptos* præmiis ³ imperatorum vulgus conquereret, nemo in Epirum ⁴ venit, cui res ulla defuerit; nemini non ibi perpetuo manendi potestas facta est; 2 quin etiam, post prælium Philippense* interitumque C. Cassii* et M. Bruti*, L. Julium Mocillam prætorium et filium ejus Aulumque Torquatum ⁵ ceterosque pari fortuna percussos instituit tueri, atque ex Epiro his omnia Samothraciam* supportari jussit. Difficile est ⁶ omnia persequi et non necessarium. 3 Illud unum intellegi volumus, illius liberalitatem neque temporariam neque callidam ⁷ fuisse. 4 Id ex ipsis rebus ac temporibus judicari potest, quod

15. **Quod si** : v. p. 46, n. 13.

16. **Hieme** : tempête.

17. **Existimetur** : subj. correspondant au conditionnel français (potentiel); *singularis* est attribut.

1. **Nihil aliud egit quam ut** : v. p. 54, n. 13.

2. **Posset** : au subj. par attraction modale; au surplus, pensée d'Atticus.

3. **Præmiis**, abl. de cause; pour *imperatorum*, v. ch. X, n. 3.

4. **In Epirum** : où Atticus avait des propriétés.

5. **Mocillam, Torquatum**.

Mocilla n'est pas autrement connu. A. Torquatus, préteur en 52, avait pris parti pour Pompée dans la guerre civile; après Pharsale, il vécut en exil en Grèce; après la mort de César, il fit cause commune avec Brutus.

6. **Difficile est** : cf. p. 157, n. 13. *Omnia*, toutes les marques de dévouement qu'il donna à ses amis.

7. **Temporariam**, dictée par les circonstances; *callidam*, dictée par le calcul.

non florentibus se venditavit, sed afflictis semper succurrit; qui quidem Serviliam, Bruti matrem, non minus post mortem ejus quam florentem coluerit ⁸. **5** Sic liberalitate utens nullas inimicitias gessit, quod neque lædebat quemquam neque, si quam injuriam acceperat, non malebat oblivisci quam ulcisci. Idem immortalis memoria percepta retinebat beneficia; quæ autem ipse tribuerat, tamdiu meminerat, quoad ⁹ ille gratus erat, qui acceperat. **6** Itaque hic fecit ut vere dictum videatur ¹⁰ :

Sui cuique mores fingunt fortunam hominibus¹¹.

Neque tamen ¹² ille prius fortunam quam se ipse ¹³ finxit, qui cavet ne qua in re jure plecteretur.

XII. Atticus n'use de son crédit que pour obliger ses amis.

1 His igitur rebus effecit ut M. Vipsanius* Agrippa, intima familiaritate conjunctus adolescenti Cæsari*, cum propter suam gratiam et

8. Qui quidem... coluerit : subj. dans prop. relative de sens causal, cf. Dion, II, 2. (p. 90, n. 3).

9. Tamdiu quoad : aussi longtemps (et pas plus) que..., seulement aussi longtemps que.

10. Videatur : au subj. présent, conséquence actuelle d'un fait passé (*fecit*).

11. Sui... hominibus : vers l'ambigüe sénéaire d'un poète inconnu; *sui* ne compte que pour un demi-pied. *Cuique* est en apposition à *hominibus*, m. à m. « ce qui fait (propr^t « façon ») aux hommes leur

destinée, c'est à chacun son caractère ».

12. Neque tamen... La suite des idées est celle-ci. Chacun a la destinée que lui forge son caractère. Mais Atticus ne s'en est pas remis de ce soin aux qualités qu'il tenait de la nature: il a commencé par se former lui-même, avant de travailler à sa fortune, et il s'est fait un caractère digne de la fortune à laquelle il aspirait.

13. Se ipse finxit. Logiquement on attendrait *ipsum*, l'opposition étant entre *se ipsum* et *fortunam*; mais cf. p. 148, n. 18).

Cæsar¹ potentiam nullius condicionis¹ non haberet potestatem, potissimum ejus deligeret affinitatem, præoptaretque equitis Romani filiam generosarum² nuptiis. **2** Atque harum nuptiarum conciliator fuit (non est enim celandum³) M. Antonius*, triumvir* rei publicæ⁴. Cujus gratia cum augere possessiones⁵ posset suas, tantum a fuit a cupiditate pecuniæ, ut nulla in re usus sit ea⁶ nisi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. **3** Quod quidem sub ipsa⁷ proscriptio⁸ne* perillustre fuit. Nam cum L. Saufeii, equitis Romani, æqualis sui⁸, qui complures annos, studio ductus philosophiæ, habitabat Athenis habebatque in Italia pretiosas possessiones, triumviri* bona vendidissent consuetudine ea⁹, qua tum res gerebantur, Attici labore atque industria factum est ut eodem nuntio Saufeius fieret certior se patrimonium amisisse et recuperasse.

1. **Conditionis** : parti, mariage.

2. **Generosarum** : ici au sens propre, « de haute naissance, nobles ».

3. **Non est celandum**. Népos s'excuse de rapporter à Antoine l'honneur d'avoir ménagé cette union, parce qu'au moment où il écrit Antoine et Octave étaient brouillés.

4. **Rei publicæ**. L'expr. complète est *triumvir rei publicæ constituendæ*, au datif : le datif du gérondif ou de l'adj. verbal en *-ndus* se construit avec les noms qui désignent des fonctions, cf. *quindecimviri sacris faciundis, decemviri legibus scribundis*, etc. On a ici, si le texte est exact,

une abréviation d'expression.

5. **Augere possessiones** : en se faisant donner, ou adjuger à vil prix, les biens des proscrits.

6. **Ea** = *gratia*.

7. **Sub ipsa** : dans le temps même de..., précisément au temps de...

8. **Æqualis sui**. On attendrait *ejus*. Peut-être *sui* s'explique-t-il par le fait que *cum L. Saufeii... bona vendidissent* est le motif qui fait agir Atticus, sujet *logique* de la prop. principale : *Attici labore factum est* = *Atticus labore fecit*.

9. **Consuetudine ea** : abl. signifiant « d'après ».

4 Idem L. Julium Calidum¹⁰, quem post Lucretii¹¹ Catullique¹² mortem multo elegantissimum poetam nostram tulisse ætatem vere videor¹³ posse contendere, neque minus virum bonum optimisque artibus¹⁴ eruditum, post¹⁵ proscriptionem equitum propter magnas ejus Africanas possessiones in proscriptorum numerum a P. Volumnio, præfecto fabrum¹⁶ Antonii, absentem relatum, expedit. 5 Quod in præsentibus¹⁷ utrum ei laboriosius an gloriosius fuerit, difficile est judicare, quod in eorum¹⁸ periculis non secus absentes quam præsentibus amicos Attico esse curæ cognitum est¹⁹.

XIII. Il administre sagement sa maison.

1 Neque vero ille vir minus bonus paterfamilias¹ habitus est quam civis. Nam cum esset pecuniosus, nemo illo minus fuit emax, minus aedificator². Neque tamen non in primis bene

10. **Calidum.** On n'a pas d'autre renseignement sur ce poète.

11. **Lucretii** : Lucrèce, l'un des plus grands poètes latins, auteur du *De natura rerum*.

12. **Catulli** : Catulle, poète élégiaque, ami de Népos à qui il dédia ses poésies.

13. **Videor** : s. ent. *mihi*, « il me semble que je... », « je crois ».

14. **Optimis artibus** : cf. page 89, n. 5.

15. **Post proscriptionem... relatum** : ajouté à la liste après que celle-ci était déjà close et affichée.

16. **Fabrum** : génit. plur. en *-um*, p. *-orum*. Le *prae-*

fectus fabrum était le chef des ouvriers militaires, qqc. comme un commandant du génie. Chaque légion avait une compagnie de *fabri*.

17. **In praesentibus** : dans l'état actuel des choses; à rattacher à *laboriosius an gloriosius fuerit*, et non pas à *difficile est*.

18. **Eorum** : Sauféius et Calidus.

19. **Quod... cognitum est** donne la raison de *gloriosius*.

1. **Paterfamilias** : « père de famille », c'est-à-dire sage administrateur de ses biens.

2. **Emax, aedificator**. Les suffixes *-ax* et *-tor* expriment une nuance péjorative : « qui a la manie d'acheter, de bâtir ».

habitavit³, omnibusque optimis rebus usus est. **2** Nam domum habuit in colle Quirinali* Tamphilianam⁴, ab avunculo hereditate relictam, cujus amœnitas non ædificio, sed silva⁵ constabat. Ipsum enim lectum⁶, antiquitus constitutum, plus salis⁷ quam sumptus habebat; in quo nihil commutavit, nisi si quid⁸ vetustate coactus est. **3** Usus est familia⁹, si utilitate¹⁰ judicandum est, optima; si forma, vix mediocri. Namque¹¹ in ea erant pueri litteratissimi, anagnostæ optimi et plurimi librarii¹², ut ne pedisequs quidem quisquam esset, qui non utrumque horum¹³ pulchre facere posset; pari modo artifices¹⁴ ceteri, quos cultus domesticus desiderat, apprime boni. **4** Neque tamen horum quemquam nisi domi natum domique factum¹⁵ habuit; quod est signum non solum continentiæ¹⁶, sed etiam diligentiæ. Nam et non intemperanter concupiscere, quod a plu-

3. **Bene habitavit** : une installation confortable.

4. **Tamphilianam** : du nom de Tamphilus, son ancien propriétaire.

5. **Silva** : un bois d'agrément, un parc.

6. **Tectum** : le bâtiment.

7. **Plus salis...** : plus de goût que de magnificence. Cicéron, dans une lettre à Atticus (XIII, 29), dit d'une *villa* qu'il songe à acheter qu'il en connaît l'*insulsitas*.

8. **Si quid** : s. ent. *commutare*.

9. **Familia** : un personnel de serviteurs.

10. **Utilitate**, le service; *forma*, la beauté. Les riches Romains tenaient beaucoup à la beauté chez leurs esclaves.

11. **Namque** explique *si utilitate... optima*.

12. **Librarii** : copistes. Atticus paraît avoir fait le commerce des livres, comme éditeur et libraire. C'est lui qui publia une partie des ouvrages de son ami Cicéron.

13. **Utrumque horum** : lire et copier, dont l'idée est contenue dans *anagnostæ et librarii*.

14. **Artifices** : les esclaves de tous métiers. Dans une maison bien montée comme devait l'être celle d'Atticus, tout se faisait à la maison.

15. **Factum** : formé, dressé.

16. **Continentiæ** : modération dans les goûts.

rimis ¹⁷ videas, continentis ¹⁸ debet duci, et potius diligentia quam pretio parare non mediocris est industriæ. 5 Elegans ¹⁹, non magnificus, splendidus, non sumptuosus; omnisque diligentia ²⁰ munditiam, non affluentiam, affectabat. Supellex modica, non multa, ut in neutram partem ²¹ conspici posset. 6 Nec præteribo ²², quanquam nonnullis leve visum iri putem ²³, cum in primis lautus esset eques Romanus et non parum liberaliter domum suam ²⁴ omnium ordinum homines invitaret, non amplius quam terna milia æris ²⁵ peræque in singulos menses ex ephemeride ²⁶ eum expensum ²⁷ sumptui ferre solitum. 7 Atque hoc

17. **A plurimis** : s. ent. *conspisci*.

18. **Continentis** : génit. possessif (le fait de, le propre de) construit comme attribut avec *duci*, « être regardé comme »; pour le sens, cf. plus haut *continentiæ*, n. 16.

19. **Elegans** : s. ent. *erat*.

20. **Diligentia** : s. ent. *ejus*.

21. **In neutram partem** : ni dans un sens ni dans l'autre, c'est-à-dire ni par le trop, ni par le trop peu; *conspici*, se faire remarquer, attirer les regards.

22. **Praeteribo** a pour complément la prop. infinitive *non amplius... eum... solitum (esse)*.

23. **Putem** : subj. de l'affirmation adoucie : « je croirais (volontiers) »; *quanquam*, par lui-même, gouverne l'indicatif.

24. **Domum suam** : chez lui; v. page 22, n. 2.

25. **Terna milia æris**. L'as, monnaie de bronze, pesait à l'origine une livre : d'où

l'expression *æris libra*, pour *as*; *æris librae*, pour *asses*. On finit par sous-entendre *librae*, et le génitif *æris* avec un nom de nombre équivaut à *asses* : p. ex. *viginti æris* = 20 as. Ici *terna milia æris* = *terna milia assium*, 3 000 as, soit (l'as, au temps de Cicéron, valant 0 f. 05) 150 francs. Ce chiffre, pour un mois, est invraisemblable. Aussi a-t-on proposé de supprimer *æris*, et, comme à cette époque on comptait ordinairement par sesterces, d'entendre *terna milia* (s. ent. *sestertium*), 3 000 sesterces, soit (le sesterce valant 0 f. 22) 660 francs. C'est encore bien peu pour le temps, si on considère le train de maison et les revenus d'Atticus. Le texte est probablement altéré.

26. **Ex ephemeride** : s. ent. *ejus*, d'après son livre-journal, son livre de comptes.

27. **Expensum** : au neutre sing. iron par accord avec

non auditum, sed cognitum prædicamus : sæpe enim propter familiaritatem domesticis rebus interfuimus.

XIV. Il sait bien user de sa fortune.

1 Nemo in convivio ejus aliud acroama ¹ audivit quam anagnosten, quod nos quidem ² jucundissimum arbitramur; neque unquam sine aliqua lectione apud eum cenatum est, ut non minus animo quam ventre convivæ delectarentur. 2 Namque eos vocabat quorum mores a suis non abhorrerent ³. Cum ⁴ tanta pecuniæ facta esset accessio ⁵, nihil de cotidiano cultu mutavit, nihil de vitæ consuetudine, tantaque usus est moderatione ut neque in sestertio vicies ⁶, quod a patre acceperat, parum se splendide gesserit, neque in sestertio centies affluentius vixerit, quam instituerat, parique fastigio steterit in utraque fortuna. 3 Nullos habuit hortos, nullam suburbanam aut maritimam sumptuosam villam, neque in Italia, præter Arretinum et Nomentanum ⁷.

amplius traité comme un subst. neutre, mais parce que le participe forme avec *ferre* une expr. consacrée, « porter comme payé, comme dépensé », « porter en compte », où *expensum* reste invariable. *Sumptui* : pour les frais.

1. **Acroama** : mot grec qui désigne tout ce qu'on entend avec plaisir, et, chez les Romains, les chanteurs, musiciens, baladins, dont on se servait pour égayer les festins.

2. **Nos quidem** : moi, pour ma part.

3. **Quorum... abhorrerent** :

« tels que... », et en même temps pensée d'Atticus : d'où *suis* et le subj.

4. **Cum** : quoique.

5. **Accessio** : accroissement, par l'héritage de son oncle Cécilius : v. ch. V, 2.

6. **In sestertio vicies** : avec (m. à m. dans) deux millions de sesterces, soit environ 450 000 francs; *in sestertio centies*, avec dix millions de sesterces, soit 2.200 000 francs, qu'il hérita de son oncle. Pour la constr. *sestertio vicies*, *centies*, voir ch. V, n. 6.

7. **Arretinum et Nomenta-**

rusticum praedium; omnisque⁸ ejus pecuniæ reditus constabat in Epiroticis et urbanis possessionibus⁹. Ex quo cognosci potest usum eum pecuniæ¹⁰ non magnitudine, sed ratione metiri solitum.

XV. Son amour pour la vérité; son obligeance envers ses amis.

1 Mendacium neque dicebat neque pati poterat. Itaque ejus comitas non sine severitate erat, neque gravitas sine facilitate, ut difficile esset intellectu, utrum eum amici magis vererentur an amarent. Quidquid rogabatur¹, religiose promittebat², quod non liberalis, sed levis³, arbitrabatur polliceri quod præstare non posset. 2 Idem in nitendo⁴, quod semel annuis-

num. L'adj. tiré d'un nom de ville, au neutre, s'emploie substantivement, par ellipse de *praedium*, pour désigner un domaine situé près de cette ville. V. Index : *Arretium*, *Nomentum*.

8. **Omnis** va avec *reditus*. Atticus avait, à vrai dire, d'autres sources de revenus que sans doute Népos jugeait moins honorables, puisqu'il les passe sous silence : il prêtait à intérêts, il vendait des livres, il louait des gladiateurs aux entrepreneurs de jeux publics, il avait des capitaux engagés dans les sociétés financières, notamment dans celles qui prenaient la ferme des impôts (*publicani*) ou des douanes (*portitores*), etc.

9. **Urbanis possessionibus** : maisons, boutiques (*tabernae*), etc., dont il tirait de gros loyers.

10. **Usum pecuniae**... : m. à m. il mesurait l'emploi de l'argent non sur la quantité qu'il en possédait (qui lui eût permis des dépenses inutiles), mais sur la raison, c'est-à-dire qu'il n'en faisait qu'un usage raisonnable.

1. **Rogabatur** : sujet Atticus; *quidquid*, acc. compl. : « quoi qu'on lui demandât ».

2. **Promittebat** est pris absol^t : il (ne) promettait (que) consciencieusement (*religiose*), c'est-à-dire quand il croyait en conscience pouvoir tenir.

3. **Liberalis... levis** : génit. masc., cf. *continentis*, XIII, 4 (p. 195, n. 18).

4. **In nitendo** : s. ent. *id*, antécédent de *quod* : dans son effort relativement à ce que..., c'est-à-dire dans son effort pour réaliser ce que...; sur

set⁵, tanta erat cura⁶, ut non mandatam, sed suam rem videretur agere. Numquam suscepti negotii eum pertæsum est⁷; suam enim existimationem in ea re agi⁸ putabat, qua nihil habebat carius. **3** Quo fiebat ut omnia Ciceronum*, M. Catonis⁹, Q. Hortensii*, A. Torquati¹⁰, multorum præterea equitum* Romanorum negotia procuraret¹¹; ex quo judicari poterat, non inertia, sed iudicio¹², fugisse rei publicæ procurationem.

XVI. Charme de sa société; son intime amitié avec Cicéron; leur correspondance.

1 Humanitatis¹ vero nullum asserre majus testimonium possum quam quod adulescens idem² seni Sullæ fuit jucundissimus, senex adulescenti M. Bruto*, cum æqualibus autem suis Q. Hortensio* et M. Cicerone* sic vixit, ut judicare difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus. **2** Quanquam³ eum præcipue dilexit Cicero; ut ne frater quidem ei Quintus carior fuerit aut familiarior. **3** Ei

la constr. d'un pronom neutre avec un verbe intransitif v. p. 108, n. 5.

5. **Annisset** : subj. de répétition? Peut-être aussi de restriction, *quod = quod quidem*, « ce que du moins il avait une fois promis », « à la condition qu'il l'eût promis ».

6. **Tanta... cura** : abl. de qualité.

7. **Pertæsum est** : se dégoûter de, se lasser de; par suite, renoncer par dégoût à qqc.

8. **Agī. Agitur aliquid**, qqc. est en jeu, il y va de qqc.

9. **Catonis** : Caton d'Utique, ainsi surnommé parce qu'après

la victoire de César, il se tua à Utique, en 46, pour ne pas survivre à la république.

10. **Torquati** : v. ch. XI, n. 5.

11. **Procuraret** : ici, au sens étymologique : s'occuper de qqc. à la place ou pour le compte d'un autre.

12. **Judicio** : par conviction.

1. **Humanitatis** : son amabilité, le charme de son commerce.

2. **Idem** : v. page 33, n. 7.

3. **Quanquam** sert parfois, comme *etsi* et *tametsi*, à revenir sur une affirmation précédente pour y ajouter une rectification : il devient alors un véritable adverbe et peut

rei sunt indicio præter eos libros ⁴ in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus sunt editi ⁵, undecim ⁶ volumina epistularum ab consulatu ⁷ ejus

se traduire par « mais » ou « du reste ».

4. **Eos libros :** Atticus figure dans plusieurs dialogues de Cicéron, le *Brutus*, le *De legibus*, comme un des interlocuteurs.

5. **Editi.** Il ressort de là que les Lettres de Cicéron à Atticus n'étaient pas encore publiées.

6. **Undecim.** Le recueil qui nous est parvenu comprend seize livres. Aussi a-t-on corrigé *undecim* (XI) des mss en *sedecim* (XVI). Mais rien ne prouve que les « rouleaux » (*volumina*) dont il est ici question aient correspondu à nos « livres ». La répartition en 16 livres a pu n'avoir lieu que plus tard au moment de la publication.

7. **Ab consulatu.** Nous n'avons pas une seule lettre de l'année du consulat, 63 av. J.-C. En revanche, 11 sont antérieures, la plus ancienne est de 68. Mais la pre-



Cicéron. Buste du musée de Naples.

mière lettre de notre recueil, quoiqu'elle soit de 65, commence par les mots *Petitionis nostrae* : Cicéron, en effet, dès ce moment, préparait sa candidature. Népos a pu s'y tromper et croire, d'après cette allusion, que la correspondance avait commencé au temps des élections pour 63.

usque ad extremum tempus⁸ ad Atticum misarum; quæ qui legat, non multum desideret⁹ historiam contextam¹⁰ eorum temporum. 4 Sic enim omnia de studiis principum¹¹, vitiis ducum¹², mutationibus rei publicæ perscripta sunt, ut nihil in iis non appareat et facile existimari possit prudentiam quodammodo esse divinationem. Non enim Cicero ea solum, quæ vivo se¹³ acciderunt, futura prædixit, sed etiam, quæ nunc usu veniunt¹⁴, cecinit¹⁵ ut vates.

XVII. Sá piété filiale.

1 De pietate¹ autem Attici quid plura commemorem, cum hoc ipsum² vere gloriantem audierim in funere³ matris suæ, quam extulit annorum

8. **Ad extremum tempus.** La dernière en date des lettres que nous possédons est de novembre 44, antérieure de près d'un an à la mort de Cicéron (octobre 43). Faut-il supposer que les lettres de 43, où sans doute Cicéron s'exprimait de plus en plus librement sur le compte d'Octave, ont été supprimées par les héritiers d'Atticus lors de la publication qui eut lieu probablement sous Auguste?

9. **Legat... desideret** : subj. correspondant à notre conditionnel.

10. **Contextam** : m. à m. tissée, c'est-à-dire suivie.

11. **Studiis principum** : les passions politiques des chefs de partis, Pompée, César, etc.

12. **Vitiis ducum** : les fautes des chefs militaires, dans la guerre civile.

13. **Vivo se** : emploi incorrect du réfléchi, au lieu de *eo*, dans une relative qui n'exprime pas la pensée du sujet principal, pour renvoyer à ce sujet.

14. **Usu veniunt** : v. Alcib. IV, p. 64, n. 18.

15. **Cecinit.** Les oracles, les prédictions des devins, étaient généra^l en vers, d'où l'emploi de *canere* pour « prophétiser ».

1. **Pietate** : ici, le sentiment des devoirs envers la famille, père et mère, frères et sœurs.

2. **Hoc ipsum.** *Hoc*, acc. neutre (cf. p. 108, n. 5), annonce la prop. infinitive *se... redisse...*, (*se*)... *uisse*; *ipsum*, acc. masc., désigne Atticus.

3. **In funere.** Avant de porter le corps au bûcher, il était d'usage de faire l'éloge funèbre

